34-3-?-8 437

13

CLARISSIMI IVRECONſulti Bartholomæi Romulei Florentini in Academia Ingolſtadienſi Profeſſoris Ordinarij Commentatio ſeu Repetitio utiliſſima in L. Sciendum. ff. de Ver: oblig: publicè prælecta, nunc uero edita, cum autor ipſe in eadem Schola II. Rector eſſet.

QVAE TARDE CRESCVNT



PERPETVO DVRANT.

Cum Gratia & Priuilegio Imperiali.

INGOLSTADII EXCVDEBANT
Alexander & Samuel Vueiſſenhornij.

M. D. LII.



AMphitrioniadæ qui prima pericula cernis,
Hæc lege,cognoſces quid ſibi ſigna uelint.
Primitiæ & ſtudij ſunt hæc exordia magni,
Vt multis proſint quæ modo ſcripta uides,
Oſtendunt primos Emblemata pulchra labores,
Quodq; nouum clarus proferat autor opus,
Omnia principio cum ſint mediocria,creſcunt
Tempore,mox rapidi fluminis inſtar eunt.
Hos igitur lector niſi dedignabere fructus,
Plura breui & longè commodiora feres.
Qui monſtris magnum domitis peruaderet orbem,
Iam puer Alcides ex Ioue natus erat.
Impetit hunc odijs pluſquam fera Iuno nouercæ,
Et iacit in cunas exitiale malum.
Hic tamen eliſos premit haud pueriliter angues,
Serpentum frangit guttura,uiq; necat.
Vir tandem factus Lerneam contudit Hydram,
Extraxit Stygium Dite tremente Canem.
Suſtinuit cœlum,de terris ſuſtulit unus,
Omnia quæ tellus prodigioſa dedit
Sic quotquot magnum mittunt ſua ſcripta per orbem,
Monſtra ſibi norint exuperanda prius.
Conatus lacerat ueſana calumnia pulchros,
Inuidiæ in doctos commouet arma furor.
Nec tamen egregijs fas eſt abſiſtere cœptis,
Sed contra has peſtes fortiter ire decet.
Vincendi ſumma primum uirtute Dracones,
Pectore qui rabido dira uenena uomunt.
Proſtrato liuore ſemel confuſa quieſcit
Turba,nec horrendo Cerberus ore fremit.
Sic petitur cœlum,ſic nomina magna parantur,
Sic decus & uerus conciliatur honor.

IOANNES LORICHIVS.

1
438

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, DOmino Mauricio Epiſcopo Aichſtatenſi, & Præpoſito Herbipolenſi, perpetua ſibi obſeruantia colendo, Bartholomæus Romuleus Iureconſultus. S. P. D.

NOn dubito permultos futuros Præſul et Princeps Reuerendiſsime, qui uel mirari conſilium meum, uel contemnere inſtitutum poſsint: quod ad Reuerendiſsimam Dominationem Tuam his temporibus tam perturbatis, quibus omnes grauiſsimis negotijs ſunt occupati, & tantum non oppreſsi, has meas commentationes, & ſcholaſticum opuſculum, uel quocumq; tandẽ nomine appellare libeat, cenſuerim tranſmittendum. Agitur enim & tractatur nunc ſummo ſtudio de tranquillitate orbis Chriſtiani, de pace & concordia religionis, in quo officio á tui ordinis ampliſsimis patribus & principibus uehementer laboratur, & ad hanc rẽ omnes tuas cogitationes te quoq; iam dudum contuliſſe nobis omnibus eſt compertum. Hæc ergo te meditantem, hæc totis uiribus agentem, ſatis importunè ego uidebor appellare, qui ad has tam ſanctas curas nihil conſilij uel ſubſidij poſsim adferre. Talia licet et ipſe mecum reputarim, tamen certiſsimam ſpem concepi, & te animo æquo, beneuolentia & humanitate omnibus nota quicquid eſt huius operæ excepturum, & alios non improbaturos confiſus ſum, modo cauſas uoluerint perpendere, quæ hunc mihi animum addiderunt. In Romanorum ueterum ritibus & aliarum gentium moribus obſeruatum eſt, quod quoties in diſcrimine res eſſent, Dijs immortalibus ſuppliciter aliquid uouerint, quod gratum illis fore putarunt, nonnulli fana, aras, & alia monumenta promiſerunt, alij rebus etiam leuioribus placari numina crediderunt, immò & illi, qui ſplendide ſe obligauerant, ſæpe exiliter, non magnificè præbuerunt. Nec tamen audiuimus unq̃ deos eſſe offenſos tenuitate donãtium, nec unq̃ fulmina ſunt deiecta, quod parciores aliqui in ſoluendis quam faciendis uotis fuerint. Sic ego iamdudum uotum feci pro communi primum felicitate, tum pro tua ſalute. Quod cum precioſius adornare non poſſem, hoc præſtiti quod potui, cum ingentes facultates & abundantes uictimæ deeſſent, tantum molam ſalſam offerendam ſtatui, dummodo id perficerem quod iam per annos plures in animo habui. Cum enim ex Italia ab illuſtriſsimo Principe Bauariæ accerſitus Ius Ciuile per triennium ferè in hac laudatiſsima Academia Ingolſtadienſi docuiſſem, ut tandem diligentiæ & laboris noſtri, quo ſumma integritate & fide hactenus ſum perfunctus, ſpecimen

exhiberem, uiſum eſt quædam in lucem edere, quæ uel ſedulitatem oſtenderent, uel induſtriam meam omnibus teſtarentur. Hanc igitur operam meam, has primitias qualeſcumq; iam pridem Tuæ amplitudini deuoueram, tibiq; dedicandum animo multo ante conſtitueram quicquid primo loco á nobis emitteretur? Multa autem interceſſerunt hactenus, quæ impedimento fuerunt, quo tardius hoc ipſum abſoluere poſſemus. Deinde & alia fuit cauſa, cur amplitudini tuæ uoluerim adſcribere, ut in tua eximia dignitate & autoritate aliquod meis ſcriptis præſidium pararem firmius, quam ex me habere poſſent. Ea enim peruulgata eſt conſuetudo, & omnium exemplo fit. Cum uero etiam ueteres Legislatores, quo ſuæ leges ſanctiores haberentur, ad aliquod numen eas retulerint: ut Minos, Licurgus, Solon, & Numa Pompilius, qui Ioui, Apollini, Mineruæ & Aegeriæ Nimphæ ſuas ſanctiones acceptas tulerunt, & ſub earum patrocinio collocarunt. Quid nobis faciendum eſt, qui pro noſtri ingenij tenuitate leges interpretamur, & ea quæ á nobis ad iuuentutis utilitatem prolata ſunt alijs dijudicanda permittimus? Vbi omnium opiniones excipiendæ, etiam Criticorum cenſuræ ſunt perferendæ. Aduerſus hæc pericula Reuerendiſſimam Tuam Dominationem tanq̃ firmiſſimum patronum, & defenſorem conſtituere libuit, idq; duas ob cauſas, primū quod debere me putarim, cum Academiæ huius ſupremus ſis Cancellarius et fautor præcipuus, tum quod in alijs rebus omnibus ſpectata ſit tua uirtus. Deinde ut ex tuo nomine noſtris ſcriptis aliquid accederet commendationis, & melius tecta eſſent aduerſus inuidorum calumnias. Non enim diffido quin hic noſter conatus ſtudioſis omnibus, in quorum utilitatem præſertim in publicum prodijt, ſi non aliam ob cauſam, ſaltem ob nominis tui clariſſimum apud omnes ſplendorem & memoriam futurus ſit longe gratiſſimus. Epiſcopus ſiquidem es, non modo hoc tempore in Germania facile nulli ſecundus, uerum etiam qui omnibus ſeculis ubiq; gentium poſſis haberi non unus è multis, ſed potius inter multos propè ſingularis, ſiue inculpatam morum integritatem, ſiue facundiam admirandam, cum eximio doctrinæ cultu, uariarum rerū experientia & ſpectatiſſima induſtria coniuncta intueamur: ita quod hac tempeſtate ueluti lumen aliquod clariſſimū eluceas. Quantopere uero Chriſtianæ Reipub. optandum ſit, ut multos tui ſimiles haberet Præſules haud difficulter uiderit is, qui animum cogitationeſq; ad turbulenta hæc noſtra tempora, miſerandumq; Imperij ſtatum paululum retulerit. Quorſum enim attinet enumerare tot ſceleratas ſeditiones, languida, & propemodum conquaſſata Catholicæ Eccleſiæ membra. Quid inteſtina bella, quibus imperium noſtrum longo iam tempore miſere uexatur & opprimitur, ac tantū non particulatim diſcerpitur opus eſt referre? His quidem & ſimilibus malis grauiſſimis, facile pharmaca reperire eſſet, ſi Chriſtiana reſpublica quā plurimos haberet Antiſtites tui ſimiles. Horum namq; ſingulari uir-

tute, uitæq; innocentia, atq; omnibus numeris perfecta ſapientia, mox fulcirentur titubātia, recrearentur afflicta, ſedarentur tumultuoſa, tollerentur noxia, reducerentur ſalutaria, denuq; cuncta breui tempore ad iuſtā concordiam & tranquillitatem optatiſſimam redigerentur, ſed non recepit epiſtolæ anguſtia laudum tuarū locupletius encomium, neq; ſane hic eas proſequi animus eſt, dicturus ſum olim forſan copioſius, ſi quid modo mea tenuitas unquā poterit illis nō prorſus indignū præſtare. Cū igitur et mea uoluntate de tali uiro deliberarim, qui ueluti Diuus aliquis tutelaris noſtras lucubrationes tueretur & ab iniuria uindicaret, & neceſſario etiam patronus quærendus uideretur, nemo fuit, quem potius eligerem, quam Tuam Reuerendiſſimam Dominationē cuius tot & tantæ ſunt uirtutes, ut fulgidiſſimi tui nominis ſplendor omnium obtrectatorū oculos perſtringere poſſit & maledicentiam cohibere. Hoc ergo tuo patrocinio fretus, de illorū quos Zoilos uel Momos appellant acerbitate ſollicitus eſſe nolo. Cum ab illis infinita poſſint arripi, quæ in ludibriū conuertant, ad unū uel tribus uerbis reſpondendū duxi. Inuenientur fortaſſe qui hoc genus ſermonis quo utor, imò quo omnes Iuriſconſulti utuntur tanq; inelegans & Barbarū repræhendent. Qui ſi rem ipſam exactius uelint perpendere, facile eſſent cōtenti. Primum ego ſummopere cōmendo & laudo eorum ſtudia et ingenia, qui ita artes dicendi perdiſcunt, ut iis in tradendo iure & aliis ſtudiis grauioribus commode utātur, & in primis gratulor felicitati Germaniæ & huius ſeculi, quod multos uideā in his diſciplinis cum fructu & laude eloquentiæ uerſari. Verum agnoſcant etiam illi, quid conſiderarint noſtri maiores. Illis certe hoc uidetur propoſitum fuiſſe, ut rerum maiorem quam uerborum curam haberent. Ex hoc numero clariſſimi fuerunt Iureconſulti Accurſii, Bartoli, Baldi, Caſtrenſes, Imolæ, Aretini, & ut de recentioribus etiam dicam, Socini, Decii, & multi alii, quos qui legit, certe fatebitur neq; ingenii acumen nec rerum grauiſſimarum exactiſſimam ſcientiam illis defuiſſe, nunc forte quis illis ornatius aliquid proferre poteſt, ſubtilius & rectius excogitatum uix quiſquam adferet. Utinam hæc ætas ſimiles ferret Iureconſultos, qui leges enodarent, & de Iure reſponderent. Qui igitur ab ineunte ætate in illis eſt uerſatus. Quomodo aut diſcere aut retinere aliquem uerborum nitorem poterit? Hoc etiam illi non ſunt aſſecuti, qui ex profeſſo elegantius quam ueteres illa pertractare conati ſunt. Ego uero nec ingenio cum illis ſum conferendus, & in eandem infelicitatem incidi, in qua fuerunt maiores noſtri. Ita enim tempora ferebant. Sed quis eſt tam ſiniſtri Iudicii, qui illorum profundiſſimam ſapientiam aliorum uerbis tantum phaleratis & illecebris uelit poſthabere. Satis mihi ſemper uiſum eſt, ſi latine utcumq; ſcriberem, ſermonis reliqui ornatum oratoribus permitto. Quare eodem candore exiſtimo alios hæc noſtra lecturos, quo nos illorum ſtudia approbamus. Pluribus nos excuſare non eſt propoſiti

huius, & fortaſſe æquiores nobis erunt quam putamus: Ad te igitur Antiſtes optime reuertor, Tuam Reuerendiſsimam Dominationem obnixe oro, primum ne moleſtum ſit, nos tueri & in patrocinium ſuum recipere. Deinde ne aſpernetur huius uoti mei tam tenuis nuncupationem, ſed ueræ fidei & obſeruantiæ ſymbolum, mentis tibi deditiſsimæ pignus amplecti non dedignetur. Si hæc tam exigua non faſtidierit tua dominatio, ad maiora aliquando me excitabit. Interea Tuam Reuerendiſsimam Dominationem incolumem nobis ac Reipub. uelit eſſe pater cœleſtis, ut quam diutiſsime uiuas & ualeas Præſulum optimorum decus. Datum Ingolſtadij. 14. Kalen. Decemb. Anno Redemptionis noſtræ.

M. D. LI.

CLARISSIMI DOMINI BARTHOLOMAEI ROMULEI

Iuriſconſulti Oratio de præſtantia LL. & Sacroſanctæ diſciplinæ Iuris excellentia, Ingolſtadij habita.

COmmunis mos eſt atq; conſuetudo Magnifice Rector, Clariſſimi Iuris conſulti, candidiſſimi omnisq; generis eruditione præſtantiſſimi Auditores, ea que ab antiquis uſq; temporibus ducta, ut hi, qui in Scholis & in otio literario cuiuſcumq; facultatis aut doctrinæ profeſſionem ſuſcipiunt, antequam ad interpretationem eius operis, quod legere ſtatuerint, accedant, aliquid de inſtituti ſui ratione dicant, & excultiore aliquo dicendi genere argumentum operis quod ſibi propoſuerint, commendent, quó Auditorum animi alacriores nonníhil, et ad auſcultandum promptiores reddantur, cum prius intellexerint, quæ utilitas, aut quis fructus ſperandus ſit illis de futura præ lectione. Quæ quidem conſuetudo laudabilis planè & neceſſaria, ex more inſtitutoque maiorum adeò culta & frequentata eſt, ut turpe foret alicui eam negligere aut contemnere. Etſi uerò nulla in me præcipua aut ingenij uis, aut eiuſmodi dicendi facultas exiſtit, qua poſſim aliquid delicatiſſimis ueſtris auribus, & hoc grauiſſimo cœtu dignum adferre, cumq; uideam tot atq; tantorum hominum in omni doctrinarum genere præſtantium animos atq; oculos in me unum eſſe coniectos & intentos, qui me longé in hoc dicendi genere ſuperant, ut puta, qui parum in hac palæſtra exercitatus ſum, tamen ne ego hanc conſuetudinem aliqua ex parte contemnere uidear, pro temporis huius anguſtia & ingenij mei tenuitate paucis uobis inſtituti mei rationem aperire conabor, imprimis, cur Italiam clariſſimam mihiq; chariſſimam patriam relinquere uoluerim, & ad uos in Germaniam uſq; tam longinqua domo potiſſimum conuolare. Tum Iuſtitiam & ſacras ſanctiones quãtum potero prædicabo: Deinde breuibus hanc nobiliſſimam optimæ ſpei iuuentutem ad diuina Iuris ſtudia iuſtitiæq; cultum cohortabor. Agitur autem iam fere trigeſimus annus ex quo relictis leuiorum artium ſtudijs, me Iuris prudentiæ, quæ mihi præ cæteris omnibus diſciplinis potiſſimum arridebat de conſilio probatiſſimorum hominum addixi, totumq; dedidi, & in alma Piſana, Senenſiq; Academijs excellentiſſimo Iuris conſulto & propè diuino Philippo Decio per decennium uſus præceptore, legibus operam dedi, poſt in urbe diu apud ſacrum Rotæ auditorium (ut uocant) permanſi, Romanam praxin foriq; illius recentem conſuetudinem ſemper contemnens. Vocatus nunc tandem ab illuſtriſſimo & potentiſſimo Bauariæ principe Guilielmo, prudentiſſimiq; atq; integerrimi Leonar-

diab

di ab Eck, Conſiliarij eiuſdem principis, & ſtudioſorum Mecœnatis, necnon D. Ambroſij à Gumppenberg. Præpoſiti Baſilienſis opera, ad hanc feliciſſimam Academiam Ingolſtadianam, quæ inter cæteras Germaniæ Academias facilè meo iudicio principatum obtinet, me contuli. Non enim ad ſubeundum huiuſmodi docendi munus, nec tanto principi, nec talibus uiris operam meam denegare potui. Tam enim ille claris natalibus ortus eſt, ut & generis antiqua nobilitate, ſuarumq; uirtutum ſplendore, prudentia, ſcilicet & Iuſtitia, conſtantia, fide, integritate, atq; animi magnitudine nullis Germaniæ principibus cedat: multosq; in omni genere laudis ſuperare uideatur: adeò, ut Bauariæ prouincia ſub eo, cum religionis acerrimo defenſore, tum literarum uirtutumq; omnium patrono, ſe felicem fortunatamq; merito prædicare poſſit. Accedunt inſuper huius prouinciæ ſumma naturæ dona, quæ me ut huc uenirem, impulerunt, quibus alijs antecellit, ut ſunt, aër ſaluberrimus, inſignes ciuitates, & oppida, paſcua, nemora, cunctaq; humano generi utilia atq; neceſſaria. Itaq; æquo animo relicta Italia patria mea, Terrarum quondam Regina, ad oras Germaniæ atq; in ciuitatem Angelopolitanam, ſiue (ut quidam uocant) Chriſopolin, quæ inde uerè cum uiros probos gignat atq; enutriat, nomen ſortiri uidetur, ut etiam aurum meritò continere dicatur, me contuli, idq; feci, cum propter iam dictas rationes atq; cauſas, tum quod antiquius eſt, propter doctiſſimorum hominum frequentiam. Accedit etiam illa cauſa, quod ipſe neſcio, quo ſingulari certe amore ab ineunte ætate uſq; erga Germaniam fui ſemper adfectus, ſiue hoc propter multa præclara ingenia contigerit, ſiue (quod magis credo) propter rerum maximarum gloriam, cum aliarum quidem, tam uerò maximè bellicarum, quibus alijs longè omnibus antecellit. Germaniæ enim prouincia Romanum Imperium inter cunctas orbis nationes una manu tenet, atq; conſeruat, cum nec à Pop: Rom: nec etiam ab externis Ducibus Germanici populi unq; deuicti fuerint, ſed animi fortitudine muniti, mortis contemptores: & ut ait Tacitus, ſuperſtites ex acie reuerſos poſt acceptam cladem cum ignominia affectos, indomiti ſemper extiterint.

Cum tot conſules & Impp: armis & equitatu à maioribus ueſtris neminem lateat, deuictos fuiſſe. Et primo Quintilium Varum atq; Octauium apud Cheruſcos & Saxones: atq; P. R. Imperatorem Tyberium apud Vindelicos atq; Rhetos bellicoſiſſimos populos Imperio ſuo ſubijcere ardentem cum maxima ſui exertitus ſtrage fuderunt, omittam Antonium & Alexandrum, cæteroſq; Cæſares, qui infeliciter omnes Germaniam armis ſuperare tentarunt. Etſi Traianus apud Agrippinam Coloniam, Germaniam pacatam obtinuerit, non ui, nec armis, ſed potius ex quadam animi benignitate, qua longè ſuperauit omnes, Germaniæ populi ſponte ei paruerunt. Nec uero ſolum Cæſares, uerum etiam externos Reges connumerare poſſum. Nonne audiuiſtis Magnum illum Alexandrum totius orientis &

occidentis

Occidentis domitorem atq; terrorē Germaniam ſuperare uoluiſſe, & ad ripam Danubij ciuitatem ueſtram præterfluentis caſtra poſuiſſe, tandem prouinciæ fama, & militari diſciplina, animorumq; fortitudine & conſtantia cognita, re infecta diſceſſiſſe? Nonne Germanorum exercitus Africam, Italiam, Hiſpanias, per tot ſecula poſſederūt? Sed quid opus eſt accumulare plura exempla, & priſca tempora recenſere? Nonne recenter ſub Carolo Quinto Auguſto inuictiſſimo Germania tot laudes & ſpolia opima reportauit? ut ex Regis Francorum captiuitate, Vrbis direptione, Neapolitana, Mediolanenſiq; obſidione, atq; apud Viennam ad Cæſaris ſolūmodo, et Germanici exercitus aſpectum Turcas perterritos aufugiſſe ſcimus? Verum ne uobis blandiri, neue hæc auribus ueſtris dare uidear, conſultius miſſa facere duxi. Itaq; ad propoſitum reuertar. Cum autem Iuſtitiam, ac ſacras ſanctiones laudare conſtituiſſem, atq; adeò Iuſticiam uiderem omnium uirtutum clariſſimam, conſultius Encomiū eius dimittendū putaui, quandoquidem eius laudes enumerare nemo pro dignitate poſſit, timeo autē, ſi pauca de his dixero, potius eas me diminuturum, quam aucturum. Verum cum Iuris enucleandi, atq; interpretandi munere functurus ſim, turpe fore duxi, atq; ab officio meo alienum non pauca ſaltem de eius laudibus pro ingenij mei tenuitate in medium proferre. Iuſtitia autem quanta ſit uel ex definitione, qua Philoſophus & Iuriſconſultus, unà ſentiunt, apparet. Ea enim eſt conſtans & perpetua uoluntas, ius ſuum cuiq; tribuendi. Eius uerò originem & effectus à ſummo Deo rerum opifice primordia traxiſſe procul dubio neminem latere exiſtimo. Ideòq; enim maximam, cum propter ortum, tum propter effectus Iuſticiæ atq; Legum nobilitatem eſſe quis ignorat? Nam doctiſſimi illi ueteres à Dijs Immortalibus, ueluti à Ioue, ab Appolline, & Mineruа leges originem, & initium arbitrati ſunt ſumpſiſſe, & hoc figmento Iouem, pro clementia, Appollinem, pro potentia. Mineruam uerò pro ſapientia colebant, & prædicabant. Et iſtorum numinum loco, Græcorū ſapientes, Minoem, Lycurgum Solonem, Legumlatores peritiſſimos leges tuliſſe fingebant, prout Marſilius Ficinus Philoſophus Platonicus, patriæ meæ decus interpretatur. Verum maximè Gentiles in legis, & Iuſticiæ initio hallucinabâtur, & ueluti cęci per tenebras uagabantur, cū Moſi diuina præcepta, & diuinas leges ſummus de cœlo Deus contulerit. Et hoc modo ueteres forſan nō imeritò Iuſticiam & leges à tribus Dijs Immortalibus (cum ab uno, & trino Deo Immortali uidelicet, Patre, Filio, & Spiritu ſancto diuinitus leges initium traxerint) natas eſſe arbitrati fuère, & ab eiſdem tabulis & præceptis diuinis, omnia, quæ ab Athenienſibus Lacedæmonijs noſtriſq; Romanis inſtituta fuere, & quæ quotidie à nobis inſtituuntur, iura etiam Municipalia dependent, & ueluti ſimiæ mortales, ut idem Marſilius adſerit, imitati ſunt. Et iccirco Plato in legum libris, nullam legem condi poſſe, niſi à Deo ſummo emanauerit, atteſtabatur, & idem in Pythagora cunctas humanas actiones à Prometheo, uidelicet ab humana prudentia: uerum Scientiam legalem ab Ioue prouenisse aiebat. Quod autem à ſummo Deo leges originem traxerint, ef-

ſectus, quos ſanctiſſimę leges ferunt, nō humana, ſed diuina eſſe pręcepta, præſeferūt. Nam mortales diuina (ut notum eſt) in lucem edere nequeūt. Et propterea diuinus Plato nullum Regnū, nullā Rempub. nec quidē domum ullā abſq; Iuſticia & legibus ſubſiſtere poſſe diuinitus ſcripſit. Nam dempta Iuſticia & legibus, inteſtina bella exorirentur, ſæuiret populus, plebs aduerſus Senatum ſeditione inſurgeret, cultus diuinus ceſſaret, nulla eſſet religio. Nam lex diuina, cultum diuinū reſpicit atq; protegit. Vt idem Plato, atteſtatur, quin & inter mortaleis homicidia perpetua, furta, uirginum raptus, adulteria, latrocinia, multaq; horrenda dicta atq; facta perpetrarentur, nec ædes alicui tutum preſtarēt domicilium, peregrinis non eſſet tutus aditus, annonæ ac merciū maxima penuria eſſet. Latrones per uias publicas impunè graſſarentur, opprimeret potentium uis innocentes, arma, rapinæ, & ſanguinis effuſio Tyrannides ſolū exiſterent. Itaq; honeſtas omnis, æquitas, cæteraq; uirtutū genera interirent, ipſumq; genus humanum, quod ita ab ipſo Deo et naturæ (ut ſic dicam) artificio conſtitutum eſt, conſeruari regiq; non poſſet. Et propterea non immeritò Plato legem Reipub. uelut animā dixit, qua fracta & ſublata, nulla conſociatio hominum coli poſſit. Cicero quoq; ad ciuium ſalutē ciuitatumq; incolumitatem, uitamq; beatam & quietā leges eſſe prolatas, & ſanctè obſeruatas eleganter dixit.

Propterea, qui ſecundū Iuſticiæ & legis præcepta uitam duceret, ut diſſerebat contra Epicurum, cum ſuauiter, iucundè, beate, ſemperq; in uoluptate uicturum, & abſq; aliqua cura & uitæ diſcrimine cuncta peracturū, & omneis actiones in portum, perducturum eſſe ſine pelagi procellis & tempeſtatibus. Sed prò Deum Immortalem, ubi regnat nunc Iuſticia, quonam domiciliū illa tranſtulit? nuſquā inter mortales uerſari, niſi in albo depictam cōſpicio. Et profectò meritò Aegyptius ille Aſtronomus illam è terris hominū dicta, facta, cōſilia, auerſantē ad cœlos tranſmigraſſe, & in uirginis quā Aſtræam uocarunt, cœleſte ſignū, cum apud mortaleis diutius cōmorari nequiret, mutatam rectè finxit, quod etiā eruditiſſimorū hominum authoritas cōprobauit. Eò enim res deductæ ſunt his temporibus ut Iudices, Magiſtratus, Cauſidici nō aurea illa & cœleſti æquitatis ratione nitantur. ſe ſuaq; uenalia habeant, ſed auro uenaleis ſe prodant. Principium uoluntates corrumpunt, breuiter, diuitiæ, opeſq; orbem terrarum regunt atq; adminiſtrant, & quo quis maiora præmia pollicetur, ſiue fas ſiue nefas reclamet, hoc potior in Iure habetur, in cūctiſq; uoti compos fit. Deniq; eo uſq; mortalium auaricia, &, ut Poeta inquit, rei ſacra cupido excreuit, ut hodie Iudices, qui cauſarū patroni atq; cuſtodes eſſe debebant & ſanctiſſimarū legum interpretes malignè ſinceram & purā legis ſententiā ambagibus implicent, erroribus inuoluant, inuolutam tandē tantum non ſepeliant. Quo quidem nihil iniquius iniuſtiuſue excogitari poteſt, cum Iudices, ex quadā æquitate, remotis tot ſubtilitatib. & apicibus ſummi Iuris, rem ἐπιεικέα moderari deberent. Summum enim Ius ſumma (ut dicitur) eſt iniuria. Nam totum Ius noſtrum ad artem æqui & boni ferè redactum, nunc intelligo. Et ideò Seruius Sulpicius à Marco. Tullio in Philip

pica propter admirabilem ſuam peritiam in cauſis ex æquitate explicandis laudatur: Illius autem nunc ſtudium ad lucra & uanam gloriam cum miſerorum maxima iactura & detrimento, nulla perſonarum differentia habita dirigitur, & principaliter tendit, O iniquũ conſilium, O ſeculum inſipiens, nefandum, & abominabile: Iuſticiam & leges cœleſtia munera, quæ, omnia ad humani generis conſeruationem edita ſunt, uelle ſubuertere, cũ apud priſcos Iuſticia & legis obſeruantia in tanta maieſtate fuerit, ut Iuſticiam præ liberis, præ patria, præ parentibus dilexerint & coluerint.

Quod cum de aliĳs, tum de Zaleuco Locrenſi fertur, qui, cum filius adulterĳ crimine damnatus eſſet, & penè tota ciuitas ſupplex delicti pœnam remitti filio præcaretur, licet diu reſiſteret, tandem populi precibus uictus, uno nati oculo, altero ſibi eruto Iuſticiæ fines ſeruare uoluit. Item de Caronda Tyrio, qui diſtricto enſe, ne Iuſticiã uiolaret, neue inique iudicaret, uitam ſibi ipſe ademit. Itaq; nec nos auri cupiditate adducti Iuſticiam uiolare debebamus, prout fecit Pittacus Mitylenæus & complures alios referre poſſemus, qui præ oculis Iuſticiam habuerunt. Quorum exempla ut infinita ſunt, ſic eſſe uobis nota mihi conſtat. Et propterea Lacedæmonĳ, Athenienſes, Thebani, Romaniq; noſtri, quamdiu Iuſticiã ſeruarũt, legeſq; coluerunt, candidè, fortunatè, pacificè, benè, beateq; uixere. Quapropter his cognitis Iuſticiæ laudibus, ſupereſt optimæ ſpei adoleſcentes; diuinæ Philoſophiæ ſectatores, ut non ſolum propter honeſtatem, uerum etiam propter utilitatem ad diuina Iuris ſtudia, quibus hactenus operam nauaſtis, continuanda & proſequenda uos admoneam atq; cohorter. Qua propter, ſi huiuſmodi pium & honorificum, cœleſtis muneris opus, inceptum iam, quo nil præſtantius, nihil clarius, nihil Reipub. Chriſtianæ utilius eſſe poteſt, ad finem uſq; perduxeritis, uicĳs habenas imponere, & illecebras turpeſq; uoluptates ſtudĳs pernicioſas effugere poteritis, quæ quidem ueluti Sirenes, falſis blanditĳs, ac ſuauiſſimo cantu pleroſq; in procelloſo mari fluctuãteis ſeducunt, ac in uitiorum ſcopulos inextricabiles detrudunt, quas tamen uirtute duce obthuratis auribus exemplo Vliſſis omnium ſapientiſſimi facilime euitabitis. Et ſi Iuſticiã & leges hoc modo amplectimini, ueluti Dei miniſtri religionem & cultum diuinum coletis, laribus ueſtris non mediocre commodum adferetis, pacẽ ſummamq; tranquillitatem uitæ conſequemini, propterea ſtrenui eſtote, & ſinguli belligeri, Bellerephontis ueſtigia inſequimini, & illud Gorgonis monſtrum Mineruæ clypeo occidite, eiq; ſpolia opima dedicate. Quæ omnia facilimè proculdubio, ſi Iuſticiæ & legibus adhærebitis, ſtudioq; excoletis, conſequimini, uobis diuina legum ſcientia uiam aperiet, ac facilem ad beatã feliceq; uitam conſequendam præſtabit aditum. Summũq; Sacerdotium comparabitis & ſanctiſſimarum rerũ ac cœleſtis muneris interpretes efficiemini. Nam apud Romanos olim interpretandarum legum munus nõ ad alios, quam ad ſacerdotes ſpectabat. Et me hercule ſacra & ſanctiſſima eſt legum cognitio, & non iniuria earum cultores apud Iuriſconſultos Sacerdotes nuncupabantur, ut Vlpianus Celſi ſententiam amplexus aiebat. Et idcirco M. Tullius. Seruium Sulpitium, Iuris Antiſtitem appellauit.

Nam profecto Iudices, & cauſarum patroni, Iuſticiæ miniſtri, ſi rectè, & lotis (quod dicitur) manibus circa Iura uerſentur, non minus, quam ſacerdotes merentur, cum animæ & corpori ſacramentũ cõferant. Quod ſi quis honoris, gloriæ, dignitatũ paulo cupidior eſt, hoc ſtudio inſtructus, et hac arte munitus, nullo alio negotio hæc omnia cõſequetur (quę tamen nõ uſq; adeò ſpectanda & expetenda ſunt) cũ omnia fragilia, caduca, atq; fluxa exiſtant, neq; mentem & animum exornent, quem quidem ante omnia alia excolere debemus. Quot enim Iuris Antiſtites ad ampliſſimi Collegij Sacerdotium noſtra tempeſtate cooptati fuere? Poſtremo, ut omnia in unum conferam, ſi Iuſticiam & leges amplectemini, uos equidẽ Deorum immortalium in terris uices geſturos polliceor. Sin ſecus feceritis (quod minimè arbitramur) & legalis Philoſophiæ paleſtram, in quã ingreſſi eſtis, deſeretis, & tanquã ſimplices ueræ felicitatis & uirtutis ignari, blanditijs, uitijs, flagitijs, illecebris, uoluptatibus illaqueati tenebimini, neq; unquam ad tutiſſimum portum ſecundis uelis applicabitis, ſed ſemper inter Scyllam & Charibdim tanquã prophani, & adeò à ſummo bono alieni inferis manibus proximi nauigabitis. (Quod ſanè per quam graue & prorſus dolendum eſt) aureum & nunquam reparabile tempus tanq; ignaui fuci, obſcuri contereтis, & poſtmodum ſubrepente paulatim ægra ſenectute maximo animi dolore, anteactæ uitæ recordatione aſſidua, fruſtra torquebimini, ut uobis Perſij ſententia merito obijci poſſit, uirtutẽ uideant intabeſcantq; relicta. Sed cum meæ partes ſint, ut uos ad diuina Iuris ſtudia continuanda non ſolum inflammare, ſed etiam Dux uester & autor eſſe debeam, planè curabo, ut nulla in re meam diligentiam, & in docendo fidem deſiderare poſſitis, ad quod etiam me Danielis Prophetæ ſententia cohortatur, maximum & ampliſſimum Iuſticiæ Doctoribus præmium proponens, cum inquiat, Qui ad iuſticiam multos erudiunt, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates fulgebunt. Quare ſi uos ſimili, hoc eſt ardenti ſtudio, ad huiuſmodi Iuris prudentiæ cognitionem incumbere animaduertero, nos, qui elucidandi atq; interpretandi munere fungemur, ueſtris uoluntatibus atq; commodis uigilijs noſtris & lucrubrationibus inſeruiemus: operamq; dabimus, ut inuolutas nodoſaſq; legum obſcuritates aperire & in lucem proferre poſſimus. Plura de me polliceri non habeo, præter diligentiam & induſtriam, quæ nunquam certè uobis deerit, & ſi poſſem modo, facerem. Itaq; hoc unum uobis uelim de me penitus eſſe perſuaſum, me id unum ſtudio aſſiduitateq; noſtra præſtaturum, ut propediem, qui nos diligenter audiuerint, non fruſtra operam ſumpſiſſe fateantur.

Dixi.

INDEX REPETITIONIS
IN L. SCIENDVM. DE VERB. OBLIGA.

A.

Actore non probante reus abſoluitur. fol. 17. num. 130.

Autoritatem Epiſcopi in antiqua ſolutione cenſus interueniſſe probari debet. fol. 14. num. 107.

B.

Bonus ſemper quis præſumitur in dubio. fol. 26. num. 207.

G.

Calor iudicij multum operatur. fol. 10. (num. 71. & fol. 20. num. 161.

Canonicè & legitimè prẹſumitur inſtitutus is, qui longo tempore in quaſi poſſeſſione beneficij fuerit. fol. 13 (num. 103.

Cautela ſuper alienatione rei Eccleſiaſticæ menti tenenda. fol. 12. nu. 89.

Cautela ſiue remedium, ut ſolemnitates per Notarium appoſitæ nihil operentur. fol. 17. num 136.

Clauſula codicillaris plerunq; præſumitur appoſita ex conſuetudine & ſtilo Notariorum. fol. 18. num. 137.

Clauſulæ quæ ſolent ſemper apponi in literis Apoſtolicis tacitè ſibintelliguntur, quamuis ſint omiſæ. (fol. 4. & 5. num. 32.

Clauſulæ generales in inſtrumento appoſitę non operãtur prẹſumptionem ſolemnitatum extrinſecarum. (fol. 17. nu. 133.

Certiorari non debet qui aliàs habet ſcientiam. fol. 23. num. 180.

Clericus diu retinens beneficium ſciente & patiente Epiſcopo præſumitur uerè inueſtitus. fol. 14. num. 116.

Clericus ſi diu retineat duas particulares Eccleſias patiente ordinario, præſumitur facta unio. fol. 13. num. 102.

Confeſſio non dicitur propriè probatio, ſed releuatio ab onere probandi. (fol. 3. num. 18.

Conſenſus Capituli præſumitur interueniſſe in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum facta à Prælato. (fol. 13. num. 94.

Correctio non præſumitur, niſi expreſſè cautum ſit. fol. 7. num. 50.

D.

Decretum in compromiſſo habet locum in laudo, & aliud non requiritur. fol. 18. num. 140.

Dictum Doctoris debet intelligi ſecundum Iura per ipſum adducta. (fo. 9. num. 61.

Diſpoſitio auth. ſi quis in aliquo, nõ habet locũ, quãdo ſumus in antiquis. (fol. 15. nu. 121.

Donec durat cauſa metus, nunq; inducitur libera uoluntas. fol. 3. num. 21.

Doctor uel Notarius propter temporis diuturnitatem prẹſumuntur legitimè creati. fol. 13. num. 99.

Duo ſpecialia non poſſunt ſimul concurrere. fol. 5. num. 35.

Duo ſpecialia poſſunt ſimul concurrere, quando ex diuerſis fontibus exoriuntur. fol. 6. num. 41.

E.

Error Iaſonis & aliorũ in l. tranſactio. C. de tranſact. fol. 15. num. 143.

F.

Facta non præſumuntur, niſi probentur fol. 4. num. 29. & fo. 13. nu. 105.

Fictionis diffinitio ſecundum Bar. (fo. 1. num. 1.

Fictio debet continere poſſibilitatem ſecundum naturam. fol. 1. nu. 2.

Fictio non admittit probationem in cõtrarium. fol. 2. num. 15.

Fideiuſſio non poteſt fieri per Epiſtolã. (fol. 5. num. 38.

Fideiuſſio nõ tenet abſq; mentione debiti principalis. fol. 10. num. 68.

Fideiuſſio nũq; ualet Iure ſpeciali abſq; ſtipulatione, niſi in aliquibus caſibus. fol. 5. num. 33.

Fratres ſi diu retineãt bona pro diuiſo, præſumitur facta diuiſio inter eos. (fol. 14. num. 115.

G.

Generi per ſpeciem derogatur. fol.8. (num.54.

H.

Homini non ut legi fingere licet.fo.2. (num.11.

I.

Immunitas præſumitur conceſſa ciui, ſi diu fuerit ab oneribus ciuilibus im munis. fol.13.num.101.

Inſtrumentum poſtquam per Notariũ eſt ſcriptum interrogãtur partes an ſint contentæ &c.fol.25.num.197.

Inſtrumentum eſt probatio probata, non probanda, & ueritas apparens. (fol.10.num.64.

Inſtrumentum præſumitur ſolemne,& non neceſſe eſt exhibere,quando fit mẽtio de debito principali in inſtru mento fideiuſſionis. fol.10.nu.67.

Inſtrumẽtũ de tractatu & colloquio debet præcedere inſtrumentum con tractus ad hoc ut confeſſionem in ſtrumenti ſolemnitas præceſſerit. (fol.12.num.88.

In inſtrumento expreſſa mentio fieri debet teſtes fuiſſe rogatos. fol.24. (num.183.

Inſtrumentum præſumitur lectum & publicatum partibus ex ſigno No tariatus appoſito. fol.25.num.198.

Inſtrumentum perfectum & abſolutũ ſemper præſumitur lectum & publi catum,niſi contrarium probetur. (fol.26.num.200.

Inſtrumentum operatur omnia & ſin gula eſſe uera præter præſumptionẽ ſolẽnitatis extrinſecæ. fol.23 n. 178.

Inſtrumentum facit rem manifeſtã & præſumptionẽ ueritatis & ſolemni tatis. fol.10.num.63.

Intellectus nouus & uerus ad d.l.1.C. de dot.promiſſ. fo.7.nu.47.

Intellectus.l.quæcunque §.fin.de publi cia.perperam à Doctoribus declara tus, & per autorem uerius elucida tus. fol.12.num.93.

Iudex non minus debet induci ad iu dicandum propter naturalem ratio nẽ,quã per caſum legis. fo.2.nu.10.

Iuramentum interueniens in fideiuſ ſione,eã conſeruat ſtipulatione non interpoſita. fol.10.num.72.

Iuramentum nihil operatur deficien te conſenſu. fol.17.num.132.

Iuramentum ualidum eſt ſi quis iu ret ſuper facto,nec requiritur ſcien tia. fol.21.num.169.

Iuramento ineſt clauſula,omni melio ri modo &c. fol.22.num.172.

Iuramentum facit minorem perfectæ eſſe ætatis. fol.22.num.173.

Iuramentum facit ceſſare diſpoſitionẽ legis. fo.22.nu.175.

Iuramentum oſtendit magis delibe ratam mentem quam ſimplex pro miſſio. fol.22.num.177.

Ius accreſcendi non habet locum in ca ſibus prouenientibus de Iure ſpe ciali. fol.6.num.43.

Ius ſpeciale debilius eſt quam ius com mune. fo.6.num.42.

L.

Lex nõ fingit contra naturã.fol.1.n.3.

Lex ſemper imitatur naturã. fo.1.n 4.

Lex non ſolum non contra naturam, uerum etiam nec contra æquitatem fingit. fol.2. num.8.

Lex ſemper conſiderat naturalem ra tionem & æquitatem. fol.2.nu.9.

Lex in caſu dubio & incerto diſponẽs præſunptionem & nõ fictionem in ducit. fol.3 num.24.

Lex indiſtinctè loquens,indiſtinctè eſt intelligenda. fol.13.num.106

Lex nõ inducit impoſſibilitatem in ge nere:ſecus in ſpecie. fol.2.num.7.

Lex noſtra nõ loquitur in fictiõe, neque in præſumptione Iuris duntaxat ſe cundũ omnes,ſed in præſumptione Iuris & de iure cõtra oẽs.fo.9.n.60.

Litis conteſtatio nõ eſt ſolemnitas ex trinſeca, imò intrinſeca.fo.27.n.218

Litis conteſtatio requirit ex parte Rei negationem uel affirmationẽ.fo.27. (num.217.

M.

Mandatum præſumitur,licet non pro betur quando actus requirit imperi ſam. fol.16.num.124.

Mandatum

Mandatum non præſumitur etiā poſt mille annos. fol.15.nu.118.
Mandatum præſumi debet ſi in aliquibus coniecturis de hoc conſtare poſſit. fol.15.nu.119.
Mandatum præſumi debet ratione probitatis perſonæ exercentis actum. fol.15. nu.123.
Maritus prius debet liquidare certam dotem anteꝗ̄ petat uſuras. fol.7. (nu.49.
Miles pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere poteſt. fol.6. (nu 44.
Minor iurans non contrauenire contractui per ſe geſto obligatur, etiam ſi non ſit certioratus de remedio reſtitutionis in integrū.fol.21.nu.168.
Minor magis priuilegiatus dicitur in beneficio reſtitutionis in integrum, ꝗ̄ mulier in beneficio Senatuſconſulti Velleiani. fol.22.nu.171.
Minor iurans cenſetur cogitaſſe in genere de ſuo remedio conceſſo à lege, quod ſufficit ad corroborandum contractum, fol.22.nu.174.
Mulier, quæ iuraſſet de non contrauenienda, renunciare uidetur ſenatuſconſulto Velleiano etiam quod non fuerit certiorata de remedio ſenatuſconſulti Velleiani, nihilominus ualeret talis promiſſio iurata. fol.21. nu.167.

N.

Nominatio mandati multum operatur. fol.15.nu.120.
Notarius ſi dixerit, ego ſcripſi, non præſumitur rogatus. contra omnes. fol. (26.nu.205.
Notarius ſemper cenſetur rogatus de omnibus clauſulis ſolitis apponi ex natura contractus. fol.4 nu.31.
Notarius de omnibus quæ geſta ſunt in eius præſentia debet deponere. fol.13. nu.119.
Notarius ſemper præſumitur peritus. fol.25. nu.192.
Notarius conficiens inſtrumentū præſumitur rogatus. fol.25.nu.194
Notarius ſemper dicens, ego Notarius ſcripſi, præſumitur rogatus. fol. 25. (nu.195.
Notarius dicens, publicaui, præſumitur rogatus. fol.25.nu.196.
Notarius in dubio ſemper præſumitur rogatus. fol.26.nu.209.
Notarius non præſumitur rogatus, quando inſtrumentum in libris inſtrumentorum ſiue rogationum in ſolito ſigillo non reperitur. fol.26. (nu.204.
Notariorum ſtilus eſt, ut dicant, præſentibus talibus teſtibus adhoc adhibitis & rogatis. fol.27.nu.212.
Notarius non poteſt ſcribere niſi rogatus. fol.26.nu.206.
Notario non creditur, ſi dicat in inſtrumento alienationis rei Eccleſiaſticæ cauſam iuſtam fuiſſe. fol.12.nu.86.
Notario etiam non creditur, ſi aſſerit in inſtrumento alienationis minoris interueniſſe Iudicis decretum. fol. (12.nu 87.
Notariorum imperitia inducit plures controuerſias. fol.18 nu.138.
Notariorum ſtilus paſſim receptus, ut mulier & minor certiorentur de Iuribus eorum. fol.23.nu.181.
Notarius non probat teſtes fuiſſe rogatos, licet dicat in inſtrumento, pręſentibus teſtibus. fol.24.nu.182.

P.

Parens conſentiens filium decurionem creari, tanquam fideiuſſor obligatur. fol.5.nu.34.
Parens quartam partem bonorum filio relinquere debet titulo inſtitutionis. fol 20.nu.163.
Poſitionibus Iuris non eſt reſpondendum. fol.19.nu.152.
Præſumptionis in genere diffinitio. folio 2. nu.12.
Præſumptionis Iuris duntaxat diffinitio. folio 2 nu.13.
Præſumptio Iuris & de Iure probationem in contrarium non admittit. fol 2 nu.14.
Præſumptio Iuris eſt liquidiſſima probatio, fol.2.nu.7. & fol.20.nu.157.

Præſumptio non eſt probatio, ſed ſpecies probationis. fol.20. nu.158.
Præſumptio Iuris et de Iure licet regulariter nõ admittat probationem in contrarium, in aliquibus tamen caſibus ſpecialiter admittit fo.2.nu.16.
Preciũ rei multiplex eſt & mutabile; fol.11. nu.83.
Princeps non poteſt inducere ea, quæ ſunt impoſſibilia de Iure naturali uel gentium. fol.1.nu.5.
Probatio in contrarium admittitur cõtra præſumptionem matrimonij, ſi cohabitationem fuiſſe uiolentam apparet. fol.2.nu.17.
Probatio contra ſolemnitatem & præſumptiõem inſtrumenti admittitur per teſtes. fol.11.nu.73.
Probatio contra tenorem inſtrumenti per teſtes non admittitur, ſed per aliam ſcripturam. fol.11.nu.74.
Probatio contra præſumptionem Iuris quomodò admittatur. fol.11. (nu.75.
Probatio admittitur per confeſſionem partium contra ſententiam, quæ tráſiuit in rem iudicatam, ſi talis confeſſio ex actis conſtet. fol.3.nu.19.

Q.

Quod per fictionem fieri non poteſt, nec per diſpenſationem. fol.1. (nu.6.
Qui uult conſequens, neceſſariò & antecedens uelle uidetur. fol.5. nu. (37.
Quomodo procedat illud quod dicitur, quod pater & filius una & eadem perſona reputentur. fol.14. (nu.113.
Quod principaliter uenit attendendũ eſt, & non illud quod in conſequentiam. fol.20.nu.155.

R.

Ratio quare ſeparata debeant eſſe inſtrumenta in uenditione rei Eccleſiaſticæ. fol.12.nu.90.
Ratio cur in teſtamenti ordinatiõe teſtes debeãt eſſe rogati. fo.25.nu.188.
Ratio legis uel ſtatuti licet no expreſſa, ſi tamen alia intelligi non poſſit, habetur pro expreſſa. fol.23.nu.179.
Regula, quæ magis ſpecialis eſt, præferenda eſt generali. fol.7.nu.53.
Regula ſemper attendenda eſt, quæ eſt fauorabilis. fol.8.nu.55.
Reipublicæ intereſt teſtamenta illæſa conſeruari. fol.25.nu.190.
Renunciare non uidetur ſuo priuilegio, qui illud ignorat, de quo non eſt certioratus. fol.21.nu.170.
Rogitus factus in uno teſtamento intelligitur repetitus in alio. folio 26. (nu.203.
Rogitus in perſona Notarij non præſumitur ſolemnitas extrinſeca. fo.26 (nu.210.

S.

Salus animæ cunctis rebus eſt præferenda. fol.22.nu.176.
Scriptura continens factum & ſolemnitates facti contra ſcribentem probat, licet nulla ſit facta mentio in ſcriptura. folio 10.nu.62.
Scripturæ Notariorum defunctorum non probant, niſi ſint ſubſcriptæ & ſignatæ. fol.26.nu.201.
Sententia an ualeat, ſi dicatur in ſententia ſententialiter promulgata, nec fiat mentio quod fuerit lecta. fol. 27. num.219.
Solemnitas duplex eſt. fol. 11. num. (77.
Solemnitas intrinſeca quæ ſit. fol.3. (num.25.
Solemnitatis intrinſecæ alia diffinitio fol.3. nu.26.
Solemnitas intrinſeca ſemper præſumitur in ſolemnitate formali, ſecus uero in materiali. fol.10.nu.65.& fol.11.nu.82. & fol.18. nu.141.
Solemnitas præſumitur interueniſſe ſi poterat tempore confecti inſtrumenti interuenire. fol.11.num.84. & fol.13. nu.95.
Solemnitas intrinſeca præſumitur, niſi lex expreſſe requirat quod illa ſolemnitas probetur. folio 20. nu. (156.

Solem-

Solemnitas intrinſeca non præſumitur probata per teſtes, niſi expreſſe probent de ſolemnitate per uiam facti. fol.19.nu.147.
Solemnitas intrinſeca non præſumitur, quando lex expreſſe requirit actum fieri cum certa ſolemnitate. fol.20. nu.159.
Solemnitas intrinſeca formalis præſumitur, licet non uenerit ex natura uerborum prolatorum. fol. 20. nu. 162. & fol.ſeq.num. 164.
Solemnitas intrinſeca non præſumitur in nuntio referente actum proprium. fol.21.nu.165.
Solemnitas intrinſeca præſumitur, niſi expreſſe contrarium poſſit probari. fol.21.nu.166.
Solemnitas extrinſeca quæ ſit fol. 4. (nu. 27.
Solemnitas extrinſeca præſumitur etiã ſi non poterat tempore confecti inſtrumenti interuenire, ſi partes inuicem huiuſmodi ſolemnitati renunciare potuerunt. fol.11.nu. 85. (& fol.13.nu.96.
Solẽnitas extrinſeca præſumitur, quando defectus non fuerit adductus per partem aduerſam. fol. 13.nu.97.
Solemnitas præſumitur propter temporis antiquitatem. fol.13.nu.98.
Solemnitates extrinſecæ in inſtrumentis omiſſæ non cenſentur interueniſſe, nam ueriſimiliter Notarius non omiſiſſet. fol.14.nu.109.
Solemnitas extrinſeca præſumitur in ſequenti actu, ſi ſemel præceſſerit. fol.18. nu 139.
Solemnitas extrinſeca materialis ſuper precio non præſumitur ſi principaliter litigaretur, ſecus uero ſi incidenter. fol 19.nu.145.
Solemnitas extrinſeca præſumitur in his, quæ reſpiciunt commodum uel damnum alterius, ſi interuenerit ſcientia & patientia eius cum temporis diuturnitate. fol.14.nu.114.
Solemnitas extrinſeca ſolita & conſueta plerumq; interueniſſe præſumitur. fol.4.nu.30. et fol.16.nu.126.
Solemnitates extrinſecæ non præſumuntur in libello, ſed neceſſe eſt eas adducere. fol.17 nu.129.
Solemnia extrinſeca præſumuntur in ſcientia & in Iudice exercenti actũ iudicialem. fol.16.nu.128.
Solemnitas extrinſeca præſumitur propter uirtutem iuramenti. fol.17.nu. (131.
Solemnitas extrinſeca non præſumitur in proceſſu facto contra contumacem. fol.17.nu.134.
Solemnitas extrinſeca præſumitur, quã do pars negauit contractum eſſe factum, & poſteà de mendacio conuincatur. fol.16.nu.127.
Solemnitas extrinſeca præſumitur ratione probitatis perſonæ. fol. 16. (nu.125.
Solemnitas extrinſeca non præſumitur, quando ſumus in iudicialibus. fol.20. nu.160.
Solemnitas extrinſeca ex communiter accidentibus præſumitur. fol.26. (nu.208.
Solemnitates & omnia requiſita in uenditione rerum Eccleſiaſticarum à prælato facta præſumuntur propter temporis diuturnitatem interueniſſe. fol.13.nu.104.
Solemnitas quæ potuerit eſſe tempore confecti inſtrumenti, licet præſumatur, non tamen habet locum quã do pars contradixerit. fol.12.nu.91.
Solemnitates non præſumuntur, ſi ex facie inſtrumenti apparet non interueniſſe. fol.14.nu.111.
Solemnitas quæ tempore confecti inſtrumenti potuerit eſſe, licet præſumatur, ut ſupra procedit quando in ſpecie eſt facta mentio de ſolemnitate, ſec⁹ uero in genere. fo. 12.n.92.
Speculatoris ſententia defenditur contra Dd. fol.27.
Statutum diſponens executionem fieri debere uigore inſtrumenti nõ eſt neceſſe contra fideiuſſorem petere exhibitionẽ inſtrumẽti fo.10.nu.68.
Stipulatio neceſſaria eſt in actu fideiuſſionis. fol.4.nu.28.

Stipula-

Stipulatio fingitur à lege præceſſiſſe in caſibus ſpecialibus. fol.5.nu.36.
Stipulatio non ſolum in uerbo,fideiubeo, ſed etiam in uerbo, promitto, præſumitur. fol.6.nu.39.
Stipulatio debet fieri in continenti,& inter præſentes, & non ex interuallo. fol 9.nu 59.
Stipulatio non inducit ut quis in plus obligetur, ſed ut efficacius. fol.9. (nu.52.
Stipulatio ſine cauſa nulla eſt. fol.10. (nu 69.
Stipulatio uero ſine cauſa facta in iudicio ualet & tenet. fol.10.nu.70.
Stipulatio habet nomen Iuris & non facti. fol.19.nu.149.
Stipulatio licet quando eſt in fieri,dicatur magis facti,tamen ſi teſtes deponunt factam eſſe ſtipulationem, uidentur iudicare ſecundum intellectum. fol.19.nu.151.

T.

Terminus ſigni eſt terminus diſpoſitionis redactæ in ſcripturam.fol.26. (nu.199.
Temporis diuturnitas non inducit prę ſumptionem,ratificationis, quando de maximo præiudicio tractatur.fo. (14.nu.108.
Teſtamentum militis ualet cum duobus teſtibus conditũ. fol.6.nu.45.
Teſtamentum patris cum duobus teſtibus inter liberos conditum ualet. fol.6.nu.46.& fol.25.nu.189.
Teſtamentum patris inter liberos ſemper continet uim codicillorum. fol. 17.nu.135.& fol.25. nu.191.
Teſtamento à Cardinali condito præſumitur autoritas Pontificis interueniſſe propter temporis antiquitatem. fol.15.nu.117.
Teſtes ſuper his,quæ percipiuntur ſenſu, & non intellectu, deponere debent. fol.19.nu.148.
Teſtes Iuriſperiti debent deponere ſuper interrogatorijs partis ſpectantib9 ad diſpoſitionem Iuris.fol.19.n.153.
Teſtes in quandam conſequentiam de ſtipulatione uel de fideiuſſione deponere poſſunt non habita ratione ad ſtipulationem. fol. 19.nu. 150. & fol.20. nu.154.
Teſtes fortuito caſu interueniſſe præſumuntur, niſi ſeſe ſubſcripſerint. fol.24. nu.184.
Teſtes præſumuntur rogati ſi tabellio ſciente & patiente parte ſubſcriberet. fol.eod.nu.185.
Teſtes præſumuntur rogati in inſtrumento antiquo. fol.25.nu.193.
Teſtes præſumuntur rogati etiã quod Notarius non dicat ad quem finem fuerint adhibiti. fol.26.nu.211.
Teſtes quidam aſſerentes ſe rogatos fuiſſe à Notario, quidam à teſtatore non ſunt contrarij. fol.27. nu.214.
Teſtes partim ante publicationem, partim poſt publicationem teſtamenti deponentes ſeſe eſſe rogatos, non ſunt contrarij. fol.27.nu 215.
Teſtes præſumuntur rogati in diſpoſitione teſtatoris Iuriſperiti. fol. 24. (nu.186.
Teſtes non ſolum à parte uerum etiam à Notario ſolent rogari. fol.27.nu. (213.
Teſtes poſſunt eſſe rogati in ipſo actu teſtamenti, uel in continenti poſt. fol.27. nu.216.
Titulus præſumitur per tempus immemorabile. fol.3.nu.22.
Tranſactio aliquid datum uel retentum expoſtulat, & non præſumitur, niſi expreſſè fiat mentio in inſtrumento tranſactionis. fol.18.nu.142
Tranſactio uero propter antiquitatem temporis etiam quod non appareret de aliquo dato uel remiſſo nihilominus ualeret. fol.19.nu.144.

V.

Valet dictum teſtis deponentis ſe neſcire quibus uerbis fuerit conceptus contractus. fol.19.nu.146.
Validum eſt argumentum à ratione ceſſante. fol.25.nu.187.

Verbum.

Verbum, uidetur, intelligitur, & ſimilia, important de ſui natura fictionem. fol.3 nu.23.

Verbum, fideiubeo, appoſitum in inſtrumento non importat ſtipulationem in imperito. Noua limitatio. fol.8. nu.57.

Verbum, uidetur, ſecundum ſubiectam materiam ſignificationem recipit. fol.8. nu.58.

Verbum, cõuenit, eſt generale, & latiſſimam habet ſignificationem. fol.11. (nu.78.

Verbum, conuenit, non poteſt importare pollicitationem. fol.11.nu.79.

Verbum, conuenit, & uerbum, promiſit habentur inter ſe ut excedentia & excessa. fol.11.nu.80.

Verbum, promitto, non importat ſtipulationem in caſibus, qui ualent de Iure ſpeciali. fol.6.nu.40.

Verbum, promiſit importat ſtipulationem: uerbum uero, conuenit, nequaquam. fol.11.nu.81.

Verbum, promittit, in contractibus innominatis non importat ſtipulationem. fol.7.nu.51.

Verba enunciatiua nõ niſi in antiquis probant. fol.15.nu.122.

Verbum, fideiubeo, importat ſtipulationem, ſi ſimpliciter dictum eſt, ſecus ſi dicatur talis nominatus. folio 8. (nu.56.

Verba, actum in tali loco, in inſtrumento relata important publicationem. fol.26. nu.202.

Vniuerſitas, quæ diu fuerit in quaſi poſſeſſione legendi publicè, præſumitur legitime creata. fol.13.nu.100.

Vox filij uox patris, & èco ntra. fol.14. (nu.112.

Vxor ſi diu manet cum marito ex præſumptione Iuris & de Iure præſumitur purgatus metus. fol.3.nu.20

FINIS.

L. Sciendum. ff. De Verbo. Obliga.

VLPIANVS:

Sciendum eſt generaliter, quod ſi quis ſcripſerit ſe fidei-iuſsiſſe, uideri omnia ſolemniter acta.

ISTA LEX licet breuis, ſubtilem & quotidianam præſu-
mendarum ſolemnitatum materiã continet, & quodam-
modo totum Iuriſprudentiæ uolumen reſpicit: cum ſem-
per lex aliquid fingat præſumatue, ſuper teſtamentis, con
tractibus, decretis, & iudicijs, quæ ſi omnia uellemus per
tractare, annus nobis non ſufficeret: ſed ſtudendo breuitati, ea, quæ ad no
ſtræ legis materiam pertinent, declarabimus: nonnulla tamen ad intelle-
ctum neceſſaria apponendo, quibus prætermiſſis difficile foret, ut quis
hanc ſubtilem materiam præſumptionum facilè percipere poſſet.

Primo duo ſunt termini generales, uidelicet fictio & pręſumptio. Secun-
do uidendũ eſt quotuplex ſit pręſumptio, & quę ſint differentiæ. Itẽ uiden
dum eſt quę ſit ſolemnitas intrinſeca, & quæ ſit ſolemnitas extrinſeca. Qui
bus abſolutis ad textum noſtrũ, & ad commentaria Bartoli deſcendemus.

In Primis fictio, ſecundum Bart. in l. ſi is qui pro emptore. col. 9. uerſ.
quæro quid ſit fictio. De uſucap. ita ponitur ſiue deſcribitur. † Fictio eſt 1.
in re certa eius, quod eſt poſſibile contra ueritatẽ pro ueritate facta aſſum-
ptio. Et ibi examinat ſingula membra per ipſum adpoſita in definitione:
cuius definitio communiter adprobatur, ut ibi per Iaſo. & alios: & idem
nouiſſimè dixit Alciatus in ſuo ſolemni tractatu, de præſumptio. in prin. li
cèt per alia uerba, nos ſuper huiuſmodi definitione aliqua ſubſtantialia ap
ponemus. † Primo quod fictio ad hoc, ut ſit bona & teneat, debeat conti- 2.
nere poſſibilitatẽ ſecundum naturam, ut expreſſè apparet in definitione. † 3.
Nam lex non poteſt fingere contra naturam, ut uoluerunt gloſ. in l. Gal-
lus in §. ſi eius. de liber. & poſthu. in l. iij. pro ſocio. & optimus eſt tex. in
l. quia certum. & ibi Bar. de locato. & in l. certæ. de precario. † Nam lex 4.
ſemper imitatur naturam. ut dixit l. C. in l. adoptio. de adopt. & in Inſti.
eod. titu. §. minorẽ. Accedit bonus tex. in l. cõfeſſionib. de interroga. actio.
ubi ſi quis cõfiteatur aliquẽ eſſe filium ſuum. cuius ætas nõ patiatur, ut ſit
ei filius, eius confeſſio, non nocet, ad idem tex. in l. qui libertinos. §. fin. de
oper. libert. ubi apparet quod lex non fingit aliquem operas poſt mortem
poſſe præſtare. Et ratio eſt, cum non entis nullæ ſint qualitates. l. eius qui
in prouinciam. Si cert. peta. Hinc eſt. quod ſicuti lex imitatur naturam fin
gendo & diſponendo: † ita etiam Princeps, qui eſt uiua lex, nõ poteſt in- 5.
ducere ea, quæ ſint impoſſibilia de Iure naturali uel gentiũ. glo. & ibi Bar.
in l. fin. C. ſi cont. ius. & in l. iij. C. de fund. patri. lib. xi. Paul. Caſtr. in cõ-

ſil. 196. Ang. in conſil. 139. Ancha. in conſil. 352. incip. pro intelligentia Aret. in l. 1. in prin. de acqui. poſſeſſ. Alex. in conſil. 3. incip. ex his quæ. col. fin. lib. 5. ut communiter omnes Docto. dicunt in c. quæ in Eccleſiarũ. de conſtit. & Legiſtæ. in l. ex hoc Iure. de iuſt. & iur. Alciatus uerò in ſuo tra-ctatu ſuper prima parte. col. ij. opponit cõtra definitionem, cõmunem in fictione, & primò per tex. in l. qui in utero. de ſta. hom. & in l. uel ſi uiuo. de ſuis & legit. In quibus legibus fingitur quis uiuere, qui in utero ſit, et tamẽ hoc eſt impoſſibile ſecundũ naturam, prę ſertim in ſpacio quadraginta die-rum, cũ adhuc anima non ſit formata, ut glo. ult. dicit in ſumma. v. diſtinc. Nec obſtat reſponſio ſecundũ ipſum data per Docto. in d. §. ſi. eius. qui ad huiuſmodi obiectũ reſpondebant, quòd illud erat ibi per diſpenſationem, & non per fictionẽ. Nam dicit ipſe & bene, quòd imò ibi l. C. procedit per

6. fictionẽ & nõ per diſpenſationẽ.† Nã illud quod nõ poteſt fieri per fictio nem, non poteſt etiã fieri per diſpenſationem, adducendo Bal. in l. Papinia nus. §. ſi ex cauſa, & ibi glo. de inoff. teſtam. Et cõfirmatur iſta reſponſio ex dictis Innocentij in c. ſciſcitatus, in fin. de reſcrip. & facit dictũ Baldi in l. bo norũ. C. qui admit. ut nullo modo neq; Imperator, neq; Pontifex poſſint diſpenſare ſuper defectu Iuris naturalis, quia nõ habent aliquã poteſtatẽ. Item opponit de tex. in l. ità uulneratus. ad l. aquil. ubi uulneratus à duo-bus diuerſis temporibus, ſi moriatur, fingitur ab omnib. mortuus, & tamẽ iſtud eſt impoſſibile ſecũdũ naturã, quòd quis bis moriatur. Item adducit tex. in l. ſi infanti. C. de Iur. delibe. Nam lex ibi diſponit. parentẽ poſſe adire hęreditatẽ filij pupilli, & tamen impoſſibile eſt ſecundũ naturam, quòd ille parẽs potuiſſet adire hæreditatẽ nomine pupilli, cũ pupillus propter tam te nerã ętatem nullũ habeat iudicium & animũ adeundi. Licet iſtę duæ leges nullo modo uidẽtur obſtare contra cõmunem deſcriptionẽ, ex quo textus in d. l. ſi ita uulneratus, utitur uerbo, intelligitur, quod ſignificat fictionẽ, ut eſt tex. in l. qui à ſeruo. in fin. ibi, ex cauſa peculiari poſſeſſio intelligitur. de actio. & oblig. facit. l. bona. §. penul. in uerb. intelligũtur. infra de capti. et poſtlim. reuer. ut latè Docto. tradunt in l. ſi is qui pro emptore. de uſuca. nec etiã tex. in d. l. ſi infanti. Nã ibi pater ſupplet defectũ filij ſui pupilli ade undo nomine filij. Itẽ adducit textũ prędictus Dñs Alciatus in l. 2. §. fin. de uſufr. ear. re. quę uſu cõſu. ubi lex fingit uſumfructũ in pecunia, in quib⁹ ſe-cũdũ naturã nõ poteſt cõſiſtere. Et ultra Alciatũ optimè facit tex. in l. ſi. de uacat. munc. & in l. bello. de excuſa. tuto. & in §. filij in Inſt. de excuſa. tuto. ubi mortui in bello fingũtur uiuere, & tñ hoc eſt cõtra naturã. Ad idẽ cõtra cõmunẽ Doctorũ ſentẽtiã plurimũ obſtãt duo Iura. Primò tex. in l. mutus. de Iur. doti. iuncta. l. 1. de uer. obli. ubi lex fingit cõtra naturã, cũ fingat mu tũ ſtipulari; & ſic loqui, quo caſu uerba requirũtur. l. 1. de uer. obli. et impoſ ſibile eſt mutũ poſſe loqui. Secũdo tex. in l. 2. §. uolũtatẽ. Sol. mat. ubi filia furioſa cẽſetur patri cõſentire, quod tamẽ uidetur impoſſibile ſecundũ natu rã, cũ furioſus nõ habeat cõſenſum. d. l. qui ad certũ. locati. et l. 2. §. furioſus de Iur. codicil. cũ ſimil. Et reſpondebat Alciatus ad textũ in d. l. qui ad certũ quod ibi tex. nõ loquitur in fictiõe, ſed in prę ſumptione. Quę reſpõſio tolli poteſt, ut ſupra dictũ eſt, cũ ibi tex. utatur uerbo, intelligitur, quòd ſecũdũ

Contra Docto. ultra Alciatum confirmatio quod lex poſſit fingere impoſſibile.

eius

eius proprietatẽ fictionẽ & nõ pręſumptionẽ inducit. d.l. qui à ſeruo, in fin.
ibi, ex cauſa peculiari poſſeſſio intelligiť, de actio. & oblig. l. ſi tibi homo. §.
ſeruus. de legat. primo. l. nec emptio. §. fin. & ibi glo. de cõtra. emp. Tamen
diſtinguẽdo Alciatus in ſuo tractatu defendebat definitionẽ ſuã & cõmu-
nem; quod aut quæritur, an lex fingat factũ impoſſibile, & tunc ſecundum
ipſum dicendũ eſt, legem non poſſe fingere. Aut quęritur. an lex poſſit in-
ducere aliquã diſpoſitionem Iuris directè nõ fingendo ſuper facto impoſ-
ſibili; imò illud pręſupponendo, & tunc lex poſſit, & ità ſecundum ipſum
omnia ſupradicta in oppoſitũ procedere poſſunt. Huiuſmodi diſtinctio
Alciati. quę etiã uidetur cõmunis ex mente Doct. in d.l. ſi is qui pro empto-
re, non eſt in ſe perfecta. Nam lex etiã per aliquam diſpoſitionẽ Iuris non
poteſt aliquid inducere cõtra naturã, ut patet in l. adoptio. de adop. & in §.
minorẽ. eo. tit. in Inſti. ubi lex fingit, quantũ ad diſpoſitionẽ Iuris, & tamẽ
ibi expreſſè dicit tex. quòd minor nõ poteſt adoptare maiorem. Item quòd
furioſus habeat cõſenſum, d.l. qui ad certum. Et ideò in hoc articulo ſecu-
rius dicendũ eſt. ſi queritur an per diſpoſitionẽ Iuris lex poſſit aliquid fin-
gere, quod ſit impoſſibile ſecundũ naturã, & tunc diſtinguendũ eſt: † aut 7.
eſt impoſſibilitas naturæ in genere; aut in ſpecie. Si in genere, nõ poteſt lex
etiã per diſpoſitionem Iuris hoc inducere, uidelicet, ut filius ſit maior paren-
te. d.l. adoptio. & d. §. minorẽ. Siuero eſt in ſpecie, & tunc hoc bene poteſt,
ut puta, ut filius Titij ſit meus filius per adoptionem, hoc poteſt eſſe, quia
poſſibile eſt ſpecie, ſi talis ętatis ſit, ut meus poſſit eſſe filius, & hoc poteſt
lex fingere. Item ut homo mortuus uiuat, in ſpecie hoc lex poteſt fingere;
uel qui in utero ſit habeatur pro nato, quãdo tractatur de eius cõmoditate,
ità notabiliter uoluit Bar. in l. ſub conditione, in prin. de ſolut. quæ doctri-
na optime facit in propoſito noſtro, & eſt cõmuniter approbata, ut patet
per Dd. in d.l. Si is qui pro emptore. & per Deci. in reg. l. uerũ. in fi. de reg.
Iur. Et iſta eſt uera reſolutio ad omnia obiecta Doctorũ & alias. Non ob-
ſtat etiam tex. in d.l. quia tex. loquitur, quãdo lex fingit in actu impoſſibili
ſecundũ naturam, qui tamẽ aliquo caſu & modo cõſiderari poteſt ſecundũ
ueritatẽ, uidelicet per alium, ut puta per ſeruũ. ut dicit tex. in d. l. 1. de uerb.
oblig. ità Bart. dixit reſpondendo huic oppoſitioni in l. 1. col. 3. uer. quęro
quid ſi mutus. licet cõtrariũ dixerim in d. l. 1. Neq; obſtat tex. in d. §. uolun-
tatẽ, quia ibi ex tali conſenſu nõ reſultat contractus, ſicuti in d. l. qui ad cer-
tũ. Item animaduertendum eſt, quòd nõ ſolũ lex non uult fingere contra
naturam, ut ſupra dictum eſt, uerum etiã, nec contra æquitatem. † l. de- 8.
niq;, cum l. ſequenti. ex quib. cau. maio. † Nam ſemper lex conſiderat 9.
naturalem rationem & æquitatem, ut patet in l. nam hoc, de condict. in-
deb. in l. 5. C. de ſent. quæ pro eo. ibi, naturæ congruum eſt. Facit tex. in
l. cum ratio. de bon. damna. & dicit Bal. in l. 5. §. 1. C. de cadu. tol. quòd
ſemper recurrendum eſt ad rationem naturalem, quæ eſt optimus legis
clypeus. Facit quod uoluit And. de Iſernia in procem. Feudo. col. ult.
quæ refert Iaſon in l. quoties. col. 6. in fin C. de rei uendic. † quòd ità di- 10.
ctum rationale debet mouere Iudicem ad iudicandum, ſicuti ſi adducere-
tur caſus legis. Item ſic conſiderandum eſt, quòd ſolum conceſſum eſt

Autoris ſententia an lex poſſit fingere impoſſibile.

11. fingere legi, & non homini. † Nam homo non poteſt fingere, ut patet per gloſ. communiter adprobatam in l. ſi quis in fundi uocabulo, de lega. primo, & in Inſti. de uerb. oblig. in §. ſed hæc ſolemnia, in uerb. quibuſcunq;. Optimus eſt tex, in l. ſi forte. de Caſtren, pecul. in fin. ibi, ueritatem inſpicimus, non quod homo finxit.

Secundò circa præſumptionis articulum, ſuper quo lex noſtra & tota materia tractat, duplex eſt præſumptio. Prima Iuris & de Iure: Secunda
12. Iuris tantū. † In genere præſumptio ità deſcribitur ſiue definitur. Eſt præſumptio ſuper re dubia & incerta procerta aliquid ſtatuentis legis diſpoſitio. Et talis definitio colligitur per ſummum Pontificē in c. is qui fidem, cum ibi notatis, de ſponſal. per glo. in l. ſiue poſſidetis. C. de probat & dicitur præſumtio Iuris & de Iure, quia lex ita expreſſē ſtatuit ſuper re dubia fingendo pedes ſuos abſolutē diſponendo & ſtatuendo.

13. † Præſumptio uero Iuris duntaxat, ſecundum Alciatum, eſt probabilis legis coniectura ſuper re incerta & dubia &c. habentis tamen non pro ab-
14. ſoluto aliquid ſtatuendi, ad differentiā præcedentis deſcriptionis. † Quia contra præſumptionem præcedentem Iuris & de Iure non admittitur probatio in contrarium per rationem ſuprà adductam, quia lex omninò ſtatuit abſolutè, Hinc eſt quod non admittitur probatio in contrarium. l. fin. C. ad Macedo. l. fin. C. arbit. tutē. l. antiquæ. C. ad Velleia. optimè facit tex. in argumentum in l. deſertorem. §. in bello. de re milita. & in l. 1. de in integ. reſti. Et iſta eſt principalis differentia inter præſumptionem Iuris & de Iure. & Iuris duntaxat.

Iſtis ſic præmiſſis uidendum eſt, quæ ſint differentiæ inter fictionem et præſumptionem Iuris & de Iure, & in hoc nonnullæ differentiæ conſti-
15. tutæ ſunt. † Nam contra fictionem indiſtinctè nulla admittitur probatio in contrarium, ex quo lex expreſſè contra ueritatem diſpoſuit, & eſt certa,
16. glo. & Do. in l. ſi duo. de acqui. hæred. † Sed contra præſumptionem Iuris & de Iure licet regulariter non admittatur etiam probatio in contrarium, tamen aliqui caſus ſunt in quibus admittitur, ut per Alcia. hic in d. ſuo tractatu. & latè Docto. in c. quoniam contra. de probat. inter quos duo ſunt principales. Nam per confeſſionem partis admittitur probatio, ita communiter omnes Docto. uolunt per gloſ. in auth. de quali. doti. in §. aliud, in uerbo priuilegium, licet illa gloſ. hoc expreſſè non dicit, melius dicunt gloſ. in l. in contractibus. in uerbo. nullo modo C. de non nume. pecu. Fallit tamen in uno caſu ſingulari, uidelicet in cauſa matrimonij: nam tunc non admittitur probatio in contrarium, etiam per confeſſionem partium. gloſ. c. ſuper eo. de eo qui cogno. conſangui. uxo. ſic notat gloſſ. in auth. ſed iam neceſſe. C.
17. de donat. ant. nupt. ità Bartho. Vero. in caute. num. 22. † Et idem dicunt Docto. uerum eſſe in confeſſione ficta. ut uoluit Bar. in l. abſentem. in fina. de pœnis, per tex. in l. penul. C. de interdict. matrimo.

Roma

Roma. in conſil. 350. Alex. in pluribus ſuis conſilijs. & præſertim in con-
ſil. 91. col. fin. uol. 6. latè. Hypoli. de Marſil. in. l. 1. §. ad quæſtionem.
in fin. de quæſtio. Et ratio eſt, quare iſto caſu admittatur præſumptio in
contrarium contra uoluntatem & diſpoſitionem legis: † quia confeſſio 18.
non dicitur propriè probatio, ſed releuatio ab onere probandi, l. cum qui.
de Iureiur. Ioan. Andr. & Docto. in rubri. de proba. Sed iſta communis
concluſio optimè procedit in uera confeſſione, ſed forſan in ficta confeſſio
ne non procedet, nec uidetur quòd eiuſdem uirtutis ſit ficta, ſicuti uera ad
tollendam præſumptionem Iuris & de Iure, cum una fictio non poſſit tol
lere aliam fictionem: & quia hoc tendit in damnum ipſius confitentis. ità
Aret. dicit in d. c. quoniam contra. & eſt tex. in. l. ſeruus plurium. §. 1.
de lega. primo. Et quod ſupra dictum eſt, quod per confeſſionem partis
admittatur probatio in contrarium: hoc intelligendum eſt, ſi confeſſio li-
quidè probetur facta in iudicio, & ex actis publicis manifeſtè colligatur: ſe
cus uerò ſi confeſſio partis probanda eſſet, utputa, per teſtes, uel per alia ad
minicula. Nam tunc non admitteretur talis confeſſio partis. Ità dicunt Do
cto. omnes in. d. c. quoniam contra. & hoc idem ſequitur Alciat. in ſuo tra
ctatu. in. 2. parte. col. 2. uerſ. ſed pulchrum dicens. hoc fuiſſe ex mente Iaco.
Butriga. in. l. qui Romæ. §. duo fratres. in prin. glo. magnæ infra eod. tit.
noſtro. ubi tenuit, quod ſi uictus per ſententiam ab arbitro latã noluit ſtare
ſententiæ, cuius ſententiæ ſtandum eſt, ſiue æqua ſit ſiue iniqua. l. diem. §.
ſtare. de arbitr. quia uoluit probare iniquitatem ſententiæ, & paratus ſit
probare confeſſionem partis, quòd tunc non admitteretur, imò incideret
in pænam compromiſſi. Et ideò Docto. omnes dicunt ea, quę dicuntur in
l. admonendi. de Iureiu. & in d. c. quoniam contra. ità debere limitari, ui-
delicet, quod contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, admit-
tatur, probatio per confeſſionem partium. † hoc debet intelligi, ſi talis 19.
confeſſio ex actis conſtaret: ſecus uerò ſi conſtare deberet per teſtes. & opti
me adducunt autoritatem Ancha. in conſil. 350. ubi dicunt, quod ſi con-
ſtaret ſtatutum prohibens admitti probationes, ut non procedat in con-
feſſione, cum non ſit probatio, ſed releuatio ab onere probandi ut ſupra
dictum eſt, tamen hoc uerum ſit, ſi confeſſio probaretur ex actis: ſecus ue-
rò ſi per teſtes & alia extrinſeca. Secundo modo limitatur, quando proba-
tio fieret per indirectum per notata per glo. in clem. 1. in uerb. narramus.
de probat. late per Fely. in. d. c. quoniam contra. per dictum Cardin. Ale-
xandrin. in. d. c. ad id infra de ſponſal. ubi dicunt, quod ſi mulier per me-
tum contraxerit matrimonium, quo caſu non ualet, cum matrimonia de-
beant eſſe libera. l. titia infra eod. c. gemma. de ſponſal. ut diximus in. l. ſti-
pulatio hoc modo concepta. † tamen ſi diu ſtetit cum marito ex pręſum- 20.
ptione Iuris & de Iure pręſumeretur purgatus metus, nihilominus poſſet
admitti probatio in contrariũ ad probandũ cohabitationẽ fuiſſe uiolẽtam.
Sed iſtud exẽplũ nõ mihi ſatisfacit. Nam probatio nõ fit per indirectũ imo
directe. Nã ſi probat durare cauſam metus, ſemper pręſumitur matrimo-
niũ uiolentũ. † Nã donec durat cauſa metus, nunquam inducitur libera uolũ 21.
tas; & ſic quãdo lex talẽ pſumptionẽ fecit, fecit cõditionalit, niſi cauſa met'

probetur durare. Nec etiam ſecundum exemplum eſt uerum aſſignatum
22. per Alciat. † quod licet per tempus huius memoriæ non exiſtat, in con-
trarium præſumatur legitimus titulus, ut eſt tex. in l. hoc Iure. §. ductus
aquæ de aqua quotid. & æſti. & c. i. de præſcrip. in 6. tamen admittere-
tur indirecta probatio, ſci. tale tempus lapſum non fuiſſe, tamen hoc caſu
non ſumus in præſumptione Iuris & de Iure, ſed Iuris tantum. hinc eſt,
quòd admittitur talis probatio in contrarium de nõ lapſo tempore. Nam,
ſi eſſet præſumptio Iuris & de Iure, in hoc caſu non poſſet admitti dire-
cta probatio in contrarium, cum hæc omnia probanda ſint per teſtes: &
in præſumptione Iuris & de Iure non admittitur probatio per teſtes, per
notata in glo. d. §. illud, auth. de quali. doti, quam Docto. communiter
ſequuntur. d. c. quoniam contra.

Ex prædictis ergo apparet terminos ſupradictos inter ſe differre, utile
eſſet uidere quomodò cognoſcatur, an lex loquatur diſponendo per fictio-
nem uel præſumptionem. Bar. & Docto. in d. l. ſi is qui pro emptore. li-
cet non in ſpecie hoc dicant, uidentur tamen ſentire, dum ponderant uer-
23. bum, uidetur, † uerbum, intelligitur, & ſimilia uerba. quòd ex quo præ-
dicta uerba de ſui natura important fictionem. l. 1. §. deieciſſe. de ui & ui
arma. d. l. quià fruo. in fin. ibi, ex cauſa peculiari poſſeſſio intelligitur. de
actio. & oblig. quòd ſi huiuſmodi uerbis uſus fuerit legiſlator, quòd tunc
ſimus in terminis fictionis & non præſumptionis. Et ſi lex apponat uer-
ba demonſtrantia præſumptionem tunc ſignum erit, ut lex procedat per
prȩſumptionem. Verum iſta doctrina non eſt uniuerſaliter uera, nec ſecu-
ra ad cognoſcendam fictionem à præſumptione, quia non ſemper eſt ue-
rum, ut uerbum, uidetur, & ſimilia importent fictionem, ut patet in. l.
Naturaliter, de acqui. poſſeſſ. & ibi Docto, Imò uerbum uidetur & ſi-
milia ſecundum ſubiectam materiam habent ſignificationem. Bal. in ru-
bri. de præſcrip. & infra dicemus. & diximus in l. rem quæ nobis. de ac-
24. qui. poſſeſ. † ſed ſecurius erit dicere, quòd ità demum lex loquatur per
fictionem, ſi apparet quòd in caſu certo contra ueritatem, & lex contrari-
um diſponat: nam tunc manifeſtè apparebit legem fingere & non præſu-
mere, iuxta definitionem ipſius fictionis. Si uero lex loquitur ſuper caſu
dubio & incerto, & tunc lex procedit per præſumptionem & non per
fictionem, & ſic attendatur materia ſubiecta, & non uerba, quibus lex
uſa ſit, Nam regula eſt, ut uerba improprientur ſecundum ſubiectam
materiam & perſonas. l. quæro. §. inter locatorem. locati. l. plenum. §.
equitij. de uſu & habita.

Non abſolutè eſt uerũ quòd per uerbũ, uidetur, & intelligitur, & ſimilia lex diſponat per fictionem et non per prȩſumptionẽ.

Quantum ad ultimum, duplex eſt ſolemnitas. Quædam intrinſeca:
quædam extrinſeca, per Docto. hic. ſed difficile eſt hos terminos de-
clarare.
25. Circa primum Bar. hic in tertia oppoſitione dicit, † Intrinſecam eſſe
ſolemnitatem, quæ ex natura uerborum prolatorum continetur & com-
præhenditur. quæ definitio, prout etiam ſentit hic Iaſ. in prin. eſt obſcura.
26. † Ideo dicendum eſt, Intrinſecam eſſe ſolemnitatem illam, quæ abſque actu
ſtare non poteſt, & immediatè procreatur, quando actus ſimul genera-
tur

tur abſq; facto tertij ex natura & proprietate uerborum. Nam ſtatim quòd creatur fideiuſſio ſtatim inducitur ſtipulatio ex natura, & qualitate, & ſtatu uerborum argum. l. iuriſgentium. §. quod ferè. de pac. ubi. l. C. ex pronuntiatione & natura uerborum præſumit ſtipulationem, prout etiam idem dicit Imperator in. §. item ſi ſcriptum. Inſt. de inutil. ſtipul. & optimum exemplum aſſignari poteſt de ſtipulatione. Nam ſi inſtrumentum contineret, quod Caius fuerit ſtipulatus, intelligitur quòd interuenerit interrogatio & reſponſio, ſine quibus non poteſt formari ſtipulatio. l. quinta. §. ſtipulatio, ſup. eod. ità dicit tex. in l. 1. & ibi glo. & Docto. C. de uſur. Aliud exemplum poſuit Imola in conſil. 86. incip. in cauſa quæ uertitur. in prin. Et idem dicit Brun. in ſuo ſingulari tractatu. de for. & ſolem. artic. de proba. & præſumpt. formæ & ſolemni. adhibi.

Extrinſeca † uero eſt, quæ uenit extra actum, & actus in ſe ſtare poteſt 27.
abſq; illa ſolemnitate, licet lex actum annullet, prout exemplum ponit. l. C. in. l. quæcunq;. §. fina. de public: quod ſi factus eſt contractus inter me & pupillum abſq; tutoris autoritate, & abſq; decreto Iudicis, quæ neceſſaria ſunt. iuxta tex. in. l. lex quæ tutores. C. de admini. tuto. tamen actus in rerum natura procreatus eſt; & illæ ſupradictæ ſolemnitates adhibitæ à lege ſunt ſolemnitates extrinſecæ, & requirunt factum tertij, uidelicet, tutoris uel Iudicis. Hinc eſt, quod regulariter lex non præſumit ſolemnitatem extrinſecam, ex quo factum tertij requiritur extra actum. d. l. quæcunq;. §. final. Et hoc uidetur uoluiſſe Alberi. in l. noſtra. quem etiam uidetur Iaſon ſequi. col. 5. Quod ſecus eſt in ſolemnitate intrinſeca, quæ ut diximus immediatè creatur, quando actus generatur, cum ſi quis fideiubet in conſequentiam promittat ad interrogationes alterius abſq; facto tertij. Et multa exempla poſſent poni, prout etiam Zaſius hic dicit.

Iſtis ſic præſuppoſitis ad legis noſtræ explicationem totamq; materiam deſcendam, quæ ualde ſubtilis & utilis eſt.

Summa huius legis ſecundum Barto. & Docto. communiter recepta ſic ponitur. Solemnitas intrinſeca præſumitur. Profectò licet omnes, quos uiderim, huiuſmodi ſummarium approbent, ità generaliter aſſumptum, nullo modo procedere uidetur. Nam hoc modo regulam tex. poneret, ut ſolemnitas intrinſeca præſumatur. Sed hoc non eſt uerum in omni ſolemnitate intrinſeca, quia duntaxat procederet in ſolemnitate formali, ut patet in ſtipulatione: ſecus uero in ſolemnitate materiali; ueluti in precio, quod eſt ſolemnitas materialis, quæ non præſumitur. §. precium. Inſti. de empt. & uenditio. Bart. hic & Docto. communiter dicunt, ut infra dicemus. Et ideo Angel. & Imo. non ità ſimpliciter ponebant ſummarium: ſed addebant in ſummario. Solemnitas intrinſeca formalis præſumitur; non ob aliam rationem, licet non dicant, ad effugiendum ea, quæ ſupra dicta ſunt: & ne ponerent regulam adeò generalem.

Primum. nota ex tex. in ſua deciſione. Quod ſi in inſtrumento uel ſcri-
ptura priuata inueniatur aliquem fideiuſſiſſe, præſumitur per ſolemnem
28. ſtipulationem;† quæ neceſſaria eſt in actu fideiuſſionis. l. blanditus. C.
de fideiuſſ. l. 5. §. ſatis acceptio, ſup. eod. l. cum oſtendimus. §. fina. de fide-
iuſſ. tut. & nominat.

Contra iſtud notabile &. l. noſtram opponebat Alberi. de regula, quæ
29. communiter habetur.† quod facta non præſumantur. l. in bello. §. factæ
de capt. & poſtl. reuer. qui tex. ſemper ad hoc adducitur. Et quidam opi-
nantur hoc probare tex. in princip. ſed tex. probat in uerſ. codicilli. ut di-
ximus in figuratione caſus. neq; aliter probare poteſt ad id quod, quod
communiter adducitur. Sed ſtipulatio eſt facti. l. 5. §. ſtipulatio. ergo. &c.
Et dicit Iaſ. hic, quod iſta eſt fortis oppoſitio contra tex. noſtrum. huic ob-
iectioni dupliciter reſpondet: & iſtæ ſunt ſingulares ſolutiones ad regu-
30. lam. d. l. in bello.† Prima eſt, ut non procedat in his, quæ ſolita ſunt fre-
quenter apponi. ita Bal. in rubri. C. de fid. inſtru. col. 2. limitabat regulam.
d. l. in bello. §. factæ per tex. ſingularem in l. fin. in fin. C. de fideiuſ. & ibi
31. glo. quæ uult.† quod notarius ſemper cenſeatur rogatus de omnibus clau
ſulis ſolitis apponi ex natura contractus. & ultra Bal. adde Oldra. in con-
ſil. 217. incip. ſuper eo quod quæritur. & Panor. in c. ſicut. col. penul. de re
iudi. optimus eſt textus, quem ſingularem notant hic Aret. & Iaſ. in l.
quid ſi nolit. §. qui aſſidua. de Ædili. edic. facit quod in ſimili dicitur,
in mandato generali uenire ea, quæ ſunt de conſuetudine. ut dicit Bar. in
l. fin. in prin. de his quæ in fraudem credi. Roma. in conſil. 114 incip. uiſis
ſupraconſultis. Alex. in conſil. 66. incip. in cauſa uertente inter Chriſto-
phorum. in prin. lib. 7. ubi dicit, quod notarius ratione generalis con-
ſuetudinis poteſt aponere pœnam, facit tex. ut ibi. Bar. in l. ſi prius. §. 1. ſe-
quitur Paul. Caſtren. de aqua plu. arcen. quod doctor intelligatur condu-
ctus ſecundum conſuetudinem ſolitam. Sed iſta reſponſio nullo modo
uidetur procedere, quia ſi uera eſſet, ſequeretur quod deſtrueretur diſpo-
ſitio legis, quæ pro neceſſitate imponit ſtipulationem debere interuenire
in fideiuſſione. Item etiam in ſimilibus diſpoſitionibus. l. & probatur in
ſpecie. l. quæcunq;. §. fin. de publi. ubi non præſumitur autoritas tutoris
in contractu geſto inter alium & pupillum, & tamen hoc eſt frequens, ut
in quacunq; alienatione de neceſſitate interueniat autoritas tutoris. Idem
inuenio dicere Brunum in ſuo tractatu. de form. & ſolen. in 7. fallen. non
tamen reſpondet ad tex. d. l. fin. in fin. C. de fideiuſſ.

Nota autoris diſtinctionem.

Et propterea ego dicerem. Quod aut loquimur in intrinſecis & ſub-
ſtantialibus clauſulis reſpicientibus ſubſtantiam actus. Aut de accidenta-
libus & extrinſecis. Primo caſu non cenſeantur aliquo modo appoſitæ:
nam aliàs ſequeretur abſurdum, quod diſpoſitio. l. eſſet fruſtratoria, ſi ta-
lia deberent haberi pro appoſitis, & hoc eſſet contra mentem legis. Si ue-
ro loquimur de clauſulis accidentalibus ad maiorem cautelam appoſitis
extra actum perfectum, & tunc procedat tex. d. l. fin. in fin. C. de fideiuſſo.
& ad idem eſt tex. in. l. huiuſmodi in prin. ubi Docto. notant. de lega. pri-
32. mo. in c. accepimus. de ætate & quali. ubi Anto. de But. dicit,† quod clau-
ſulæ,

ſulæ, quæ ſolent ſemper apponi in literis Apoſtolicis, ſubintelliguntur quamuis ſint omiſſæ. Et hæc notate ad ea, quæ Docto. latè tradunt in l. Gallus. §. itē credendū, de libe. & poſth. ubi latè dixi. Et quòd in fideiuſſio ne omninò neceſſaria ſit ſtipulatio, neq; per frequentiam præſumatur; ſed bene præſumatur ex natura uerborum, & ex neceſſitate actus, optimè uidetur facere tex. in l. ſi librarius, de reg. Iur. ubi dicitur, quod ſi notarius in transſcribendis uerbis ſtipulationis in fideiuſſione erraſſet, quòd error notarīj non noceret, & ſic ſentit tex. expreſſè, quod ſi notarius omitteret ſtipulationem, quòd tunc noceret partibus, nec præſumeretur ſtipulatio propter frequentiam, & hoc modo dicendo non obſtat etiam tex. in d. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua, per nos adductus; quia ille tex. loquitur in accidentalibus clauſulis contractus, ideò nimirum eſt, ſi præſumatur propter frequentiam, ut patet in d. §. quia aſſidua. Et quòd ſtipulatio duplæ ſit de accidentalibus cōtractus, ità glo. expreſſè dicit, in l. pacta conuenta de contrahen. empti.

Secundo modo reſpondetur per ipſum, quod regula. d. l. in bello §. factę non procedit quando apponitur aliquod uerbum quod de neceſſitate includat illud factum, tunc bene lex præſumit & ita lex noſtra loquatur una cum alijs iuribus & hoc modo limitetur regula. d. §. factæ, Clarius potes reſpondere quod facta non præſumantur, quando principaliter ueniunt, ſecus quando in conſequentiam ueniunt ad actus ualiditatem ſine quo ualere non poteſt actus, nam tunc præſumuntur, nam ſtipulatio non poteſt ualere abſq; fideiuſſione. l. blanditus C. de fideiuſſio. l. v. §. Satis acceptio. ſupra. eod. ideo cum facta appareat fideiuſſio meritò præſumitur interuenire ſtipulatio in quandam conſequentiam ueluti neceſſariam ad actus ualiditatem. l. 2. de iuriſdic. omni. iudic. cum ſimi. nam multa conceduntur in conſequentiam, quæ principaliter denegantur. l. quædam, de acquiren. re. domi. c. ex literis. Et ibi. Docto. deiu. patro.

Ampliatur diſpoſitio tex. noſtri pluribus modis, ut hic per Iaſ. & alios Docto. † Primo, ut habeat locum etiam in caſibus in quibus Iure ſpeciali 33.
fideiuſſio ualet abſq; ſtipulatione, quos caſus enumerant. Docto. præſertim Alex. in d. l. 5. §. ſatis acceptio, ſupra eo. ut puta in cauſa dotis. l. ſi. C. ad Velle. † Item in caſu. l. 2. infra ad Municipa. ubi ſi pater conſentit ut fi- 34.
lius decurio creetur, quaſi fideiuſſor obligabitur. Item in tacita fideiuſſione, d. l. cum oſtendimus §. fi. de fideiuſſ. & nominatim ita uoluit Ang. hic quem omnes ſecuti ſunt. Licet omnes indifferenter hanc ſententiam ſequantur, contrarium uidetur eſſe uerius prout etiam dicit hic Cro. Et Primo à ratione ceſſanti quod argumentum ualidum eſt. l. adigere §. quamuis de iu. patro. c. ceſſante de appellat. l. titia §. uſuras. de leg. ij. nam ſtipulatio inuēta eſt, ut unus quiſq; quod ſua intereſt ſtipuletur. l. ſtipulatio iſta §. alteri ſupra eo; §. alteri in inſtitut. de Inuti. ſtipulat. Secundo quia cōcurrerent duæ ſpecialitates. † quæ non poſſunt ſimul concurrere. l. prima C. 35.
de dot. promiſſ. Et l. cum poſt, §. gener. de iur. dot: cum ibi not. Secundū cōmunem intellectum de quo infra diſputabimus, ſi tales caſus ualerent de

Iure ſpeciali. Tertio facit, ex quo ſecundum magis communem ſententiã diſpoſitio legis noſtræ procedit in præſumptione Iuris duntaxat, contra quam datur probatio in contrarium, iuxta notata in l. ſiue poſſidetis. C. de proba. Quod ſecus eſſet, ſi eſſet præſumptio Iuris & de Iure. per notata in glo. in auth. de æqual. doti. §. illud. Et ideo in talibus caſibus cũ ſatis ſit à lege prouiſum, & effectum efficacem habeant illi caſus, ergo non indigent huiuſmodi remedio, debili præſumptionis. Et hoc modo tenendo per hanc rationem reſpondetur ad fundamentum Angeli & Docto. quòd res ſit ſecurior, ſi præſumatur ſtipulatio in illis caſibus ſpecialibus: quia debile eſt remedium, cum admittatur probatio in contrarium. Ad unum etiã animaduertendum ſuper hoc articulo, quod. Dd. uidentur æquiuocare.

36. † Nam in illis caſibus ſpecialibus enumeratis per Docto. fingitur à lege ſtipulatio, ſi ergo fingitur ſtipulatio, quare ergo debet concurrere pręſumptio Iuris duntaxat. Cum enim extat fictio legis, ceſſare debet pręſumptio legis, cum fictio ſit in caſu certo & claro, & præſumptio in caſu dubio: & in certis non eſt opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita, de uerb. oblig. Et quod in prædictis caſibus ſpecialibus fingatur ſtipulatio patet in d. l. cum oſtendimus. § fin. dum tex. ibi dicit, perinde habetur, ac ſi ſtipulatio ſubſecuta fuiſſet. Et ſic ibi expreſſe lex fingit ſtipulationem, prout Bar. & omnes Docto. dicunt in l. 1. in prin. ſupra eod. ubi d. l. cum oſtendimus. ponunt inter caſus ſpeciales, in quibus ſtipulatio fingatur, ut ibi diximus. Item in l. 2. ad municipa. Nam ex quo lex ibi fingit parentem obligatum eſſe tanq̃ fideiuſſorem, in conſequentiam etiam lex ibi fingit ſtipulationem neceſſariam ad fideiuſſionem. d. l. blanditus. cum

37. aliis ſupra adductis. † Nam qui uult conſequens, uidetur uelle omne neceſſarium antecedens ad illud cõſequens. l. 2. de iuriſdict. omni. iudi. l. ad rẽ mobilem, de procura. optimus textus in l. 2. in §. hauſtum. de ſeruitu.

Limitatur diſpoſitio legis noſtræ, ut procedat, quando ſtipulatio facta eſt de tempore præſenti: ſecus uero ſi de præterito, utputa, ſi Notarius ſcripſerit aliquem fideiuſſiſſe, & ſic non in ſui præſentia, tunc Notarius hoc modo aſſerendo etiam ex aſſertione partium, ex quo non fuit præſens, quando facta fuit fideiuſſio, non uidetur aliquo modo inducere ſtipulationem, ita notabiliter uolebat Bal. in nouellis in tracta. de dotib. in 6. parte principali. col. 3. licet dicebat contra ſuam ſententiam obſtare tex. in l. ea quæ, de donat. inter. uir. & uxo. ad quem textum non reſpondebat. Contrarium uero tenuit hic Iaſ. quòd imò iſte textus noſter non conueniat aliquo pacto prædictæ limitationi: quia tex. noſter non loquitur in Notario, qui ſcripſit de aſſertione partium. Sed de Notario, qui ſe huiuſmodi obligauit fideiubendo. Item quia uerbum, fideiubere, eſt relatum in præteritum, & eſt aptum compræhendere ſtipulationem de præterito. Et refert Angel. hic in ſua repetitione in ſpecie intelligere tex. noſtrum, etiam quando quis ſcripſerit per Epiſtolam fideiuſſiſſe.

38. † Quod licet fideiuſſio non poſſit fieri per Epiſtolam, cum neceſſaria ſit ſtipulatio: & ſicuti ſtipulatio contracta probatur per Epiſtolã, d. l. ea quæ,

ita

ita etiam in terminis fideiuſſionis. Dico autem quod tex. noſter non eſt reſtringendus ad Notarium tantum fideiubendo, ſed etiam quando aſſereret aliquem fideiuſſiſſe. Et hoc à fortiori, licet uerba textus propriè ſignificent, & uideantur procedere magis in ſcriptura priuata, quam in publica, ut apparet per textum, tamen eadem ratio uidetur eſſe, quando Notarius faceret aſſertionem, quod tertius fideiuſſerit.

Et ex ſupradictis Docto. inferunt, quod illud, quod dictum eſt de uerbo fideiuſſiſſe, ut præſumatur ſtipulatio, ut in l. noſtra. & in §. fina. in Inſti. de fideiuſſ. idem eſſe in uerbo, promiſiſſe. † §. ſi ſcriptum. Inſti. de inuti. ſtipula. Docto. in l. lecta. Si cert. peta. & in rubr. ſupra. eod. 39.
ubi diximus. Sed aliquibus modis limitatur iſta illatio per Docto. hic.† 40.
Primò, niſi uerbum, promitto, ſit appoſitum & inſertum in caſibus, qui ualeant de Iure ſpeciali, ut in terminis. l. 1. C. de dot. promiſ. ſecundum ultimum intellectum gloſ. communiter à Docto. probatum in l. 1. Sol. mat. in l. ita ſtipulatus. la grandi, ubi Docto. latè diſputant infra eod. Et hoc eſt ne concurrant duæ ſpecialitates. Nam tunc uerbum, promitto, non importat ſtipulationem etiam in inſtrumento, prout de ſui natura ſolitum eſt importare. d. §. ſi ſcriptum. Nam uerbum, promiſſio, in d. l. 1. C. de dot. promiſſ. eſt inſertum in cauſa dotis incertæ promiſſæ. Quo caſu de Iure ſpeciali ualet dotis incertæ promiſſio. l. cum poſt §. gener. de iur. doti. l. ita ſtipulatus. & l. triticum. cod. tit. noſtro, & in d. §. gener. Ideò ſequitur, quod ſecundum communem intellectum Docto. uerbum ibi, promitto, non inducit præſumptionem ſtipulationis, quia ſequeretur, ut dictum eſt, quod duæ eſſent ſpecialitates, ita in terminis limitabat Bal. in d. l. 1. C. de dotis promiſſ. Alexander ſic repræhendebat hanc limitationem Baldi, licet ab alijs non repeiriſſet repræhenſam, & dicebat reſpondendo ad textum in d. l. 1. † quod imò non eſt abſurdum, 41.
ut duæ ſpecialitates ſimul concurrant, quando ex diuerſis fontibus reſultant, per notata per Bart. in l. ſingularia. ſi cert. peta. & in l. ſi is qui pro emptore, de uſucap. Nam priuilegium, quod dos incerta promiſſa ualeat, procedit ex cauſa dotis, priuilegium uero, quod uerbum, promitto, importet ſtipulationem, prouenit ſecundum ipſum uirtute inſtrumenti publici. Sed prout dicunt hic recentiores à monte ferrato, uera eſt iſta limitatio per rationem. † Nam uidemus, quod Ius, quod prouenit ex quadam 42.
ſpecialitate, debilius eſt, prout in genere & in ſpecie conſtat: primò per regulam. l. eius militis. §. militia miſſus, de teſtam. mili. In ſpecie multis caſibus hoc conſtat. ut in l. mulieri, & Titio. de condit. & demon. † 43.
ubi pars, quæ prouenit Iure accreſcendi, non acquiritur ei, qui admittitur de Iure ſpeciali, ut ibi Bar: & omnes Docto. dicunt, & diximus in l. re coniuncti. de legat. 3. prout in ſimili etiam probatur, quod maxima differentia eſt, an aliquid proueniat ex expreſſa mente teſtatoris, uel tacita ex diſpoſitione legis Iure ſpeciali. Nam conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, ſi expreſſe appoſita eſt per teſtatorem, tunc naturalis filius excludit ſubſtitutum. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ad trebel, quod ſecus eſt, ſi tacitè ex

ſpeciali prouiſione legis. l. generaliter. §. cum autem quis, & ibi Doctor. C. de inſtitu. & ſubſti. Sed huiuſmodi limitatio, licet in ſe uera ſit, non tamen mihi ſatisfacit, quantum ad intellectum communem, in dict. l. 1. C. de dot. promiſſ. cuius intellectus nunquam mihi placuit, neque in ſe de Iure procedit. Nam poſito quòd uerum ſit, quòd ſpeciale ſit, ut dotis incertæ promiſſio ualeat de Iure ſpeciali, ut in dict. §. gener. prout communiter Docto. uolunt in dict. l. ità ſtipulatus, & in dict. l. 1. Solu. mat. ponderando ibi uerbum, detracto quoq; arbitrio. Quod forſan contrarium de Iure uerius eſt, ut in dict. §. gener. cum ratione adiuncti liquidari poſſit dos incerta promiſſa, ut ſentit. I. C. in dict. §. gener. rationem aſſignando, tamen nullo modo procedere poteſt intellectus gloſſæ ibi ultimò loco aſſignatus, quòd ideò ibi uerbum, promiſſio non importat ſtipulationem, ne duo ſpecialia &c. Gloſſa ergo uidetur erraſſe circa intellectum illius legis, & circa ſuum præſuppoſitum.

Error. Dd. dicentium duo ſpecialia ſimul nõ poſſe concurrere.

Nam dicit, quod duo ſpecialia non poſſint concurrere, & hoc non probat legibus, nec probare poteſt, prout latè diximus in noſtris quæſtionibus, ut in ſpecie probauimus, falſam eſſe iſtam communem ſententiam, imò totum contrarium probatur in corpore Iuris inter perſonas priuilegiatas, quod multa ſpecialia poſſint ſimul concurrere. Et nouiſſime nunc reperio præceptorem meum Clariſſimum Maria. Socin. iuniorem in ſuis commentarijs. in dict. l. ita ſtipulatus, qui etiam admiratur de Doctoribus Vnicum tamen exemplum adducit in cauſa dotis, quod nos etiam adducebamus. Nam priuilegium eſt, quod in cauſa dotis fingatur ſtipulatio, l. 5. de rei uxo. acti. Item cauſa dotis continet tacitam Hypothecam in bonis mariti, ut in d. l. 5. §. ut plenius. Adde tertium ſpeciale, quod illa tacita Hypotheca præferatur omnibus creditoribus etiam tempore anterioribus. l. aſſiduis. C. qui potio. in pigno. habe. Secus uero ſi creditores haberent expreſſam, ſecundum communem ſententiam, ibi in dict. l. aſſiduis, & infinita priuilegia dotis poſſent conſiderari. Item poteſt poni exem-

44. plum inter milites. † Nam uidemus quòd miles poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. l. ſi miles unum, de milita. te-

45. ſtam. & l. 1. eodem titulo. † Item teſtamentum militis ualet cum duobus teſtibus, cum ſeruetur in diſpoſitione militari Ius gentium. ut in c. cum eſſes. & in c. relatum. de teſtamen. & etiam quod ibi teſtes non ſint rogati, quod eſt maximum priuilegium, cum teſtes debeant eſſe rogati. auth. rogati. C. de teſtibus. Item poteſt dari aliud exemplum.

46. † Nam teſtamentum patris inter liberos factum ualet cum duobus teſtibus. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. qui teſtamentum face. poſſ. & non eſt neceſſe, quod ſint rogati teſtes. ut Doctores dicunt in dict. §. ex imperfecto. facit etiam quod ſingulariter notatur per Doctores in c. 1. de præſcriptione, per illum textum duo ſpecialia fauore religionis concurrere: unum uidelicet ut bona Eccleſiæ triennio

præſcri-

præſcribantur,& quod mala fides nō noceat præſcribenti.contra regulam
poſſeſſor male fidei. de reg. Iur. in 6. & c. fina. de præſcriptio. Et per
tex. in.d.c. 1.& ſic errat Bart. in l. ſi is qui pro emptore. col.ante penul. de
uſucap.qui dicebat in fauorem Eccleſiæ uel piæ cauſæ duo ſpecialia circa
idem ſubiectum non poſſe concurrere. per. l. ſi quis rem. §. fin. de pol-
licita.iunc. l.fin.C. de ſacroſan.Eccle. cum ſit contra tex. d. c. 1. Et multa
alia infinita exempla adducere poſſem inter prędictas perſonas,& alias per
ſonas priuilegiatas,utpura in Eccleſia, in Fiſco, in quibus manifeſtè appa-
ret, quod multa ſpecialia poſſint concurrere etiam ex eodem fonte. Et pro
pterea fallſus eſt cōmunis intellectus in.d.l. 1.C. de dot.promiſ. quia præ-
ſuppoſitum eſt falſum. ut ex ſupra ſcriptis apparet. † Ego autem alias 47.
dicebam, quod Imperator in. d. l. 1. non negabat,quin dotis incertæ pro-
miſſio teneret etiam ex pacto nudo. Nam hoc non eſt ueriſimile, nec
ibi apparet,quod Imperator contrarium uoluiſſet diſponere; cum in cau-
ſa dotis etiam abſq; ſtipulatione ualeat promiſſio dotis ex pacto nudo.
l. ad exactionem. C. eod. tit. de dotis promiſſ. nec etiam contrarium ue-
riſimile eſt, quod Imperator uoluerit inducere contra. d. §. gener. ubi ex-
preſſe. l. C. uult,ut dotis incertæ promiſſio ualeat; ſed Imperator ibi re-
darguit maritum ineptè & extra ordinem Iuris agentem,utputa quia ma-
ritus petebat non ſolum dotē,uerum etiam uſuras & intereſſe dotis incer-
tæ promiſſæ,Imperator ibi dicit quod nō poſſit petere uſuras, & alia acceſ
ſoria illo caſu,antequam dos incerta promiſſa non ſit liquidata ſecundum
terminos Iuriſconſulti in. d. §. gener. † Nam prius quis debet li- 48.
quidare dotem antequam petat uſuras & intereſſe dotis. ut latè So-
cin. in conſil. 103. & Doctores in. l. de diuiſione. ſol. mat. Et iſtum
intellectum innuere uidentur ibi uerba textus, dum tex. dicit, fruſtra ex-
iſtimas tibi actionem competere; cum neque ulla ſpecies, neque quan-
titas &c. quæ uerba uidentur non denegare abſolutè actionem; uideli-
cet, ne maritus poſſit agere ad dotem incertam, quia hoc eſſet abſur-
dum: cum de Iure hoc clarum fuiſſet. ut. in. d. §. gener. Sed prout
dixi, Imperator ibi denegat illum modum agendi. Et iſtum intelle-
ctum, qui nouus eſt, menti tenebis. Secundo modo potes reſponde- 49.
re, & eſt ſecundus nouus intellectus ad. d. l. 1. C. de dot. promiſ. quod
Imperator ibi non negat dotis incertæ promiſſionem non ualere, ſed
duntaxat damnat petitionem ſuper dote incerta,& ſic libellum. Et ſic
uult Imperator libellum incertum non ualere. & de hoc eſt caſus. in. l.
fin.C.de ſent. quæ ſine cert. quanti. ſecundum genuinum ſenſum. prout
Cuma. Caſtren. & alij uolunt in rubr.Solu.mat. & Saly. & Bal. in. d. l.
fina, quicquid dixerit Bart. & alij in. d. rubr. qui malè intellexiſſe ui-
dentur illum tex. Et nouiſſimè Clariſſimus præceptor meus Maria.
Socin. Iunior. I. V. Monarcha dicitq; quod ſecundum iſtum ſenſum ad
d. l. fina. praxis ſeruatur, & uidi pluries ſeruari. Cuius tam clariſ-
ſimi Iuriſconſulti dicto ſtandum eſt aſſerenti de conſuetudine. ut uoluit
Bart. in. l. de quibus. col. 5. uerſ. quartò principaliter quæritur de legib.

Intellectus nouus autoris ad. l. 1. C. de dot. promiſ.

Et dictum Bartoli communiter recipi dicit Deci. in conſil. 594. col. 2. lib. 5. Hoc enim modo intelligendo illa lex procedit abſq; difficultate: nec intellectus communis poteſt aliquo modo procedere, & neceſſe eſt concordare illa duo Iura, uidelicet tex. in. d. l. 1. C. de dot. promiſ. & d. §. gener. quæ ad inuicem repugnant. Et gloſ. ibi uarias ſolutiones dedit, ut uix potuerit huiuſmodi Iura concordare. Nam ut dixi de directo ſunt contraria. Non omitto quòd Clariſſimus. I. C. Zaſius maximæ autoritatis apud Germanos nouiſſimè prædictas leges conabatur ad concordiam reducere, in. l. ità ſtipulatus ſum, de uerb. oblig. uidelicet, quod. l. 1. C. de dot. promiſ. corrigeret. d. l. cum poſt. §. gener. & ità dicebat idē ſe dixiſſe in ſuis ſingularibus intellectibus. Parcat mihi Zaſius, huiuſmodi concordia peior eſt cæteris. Nam durum & abſurdum eſt dicere, quod una lex per aliam corrigatur, licet ſit poſterior cum in. d. l. 1. C. de dot. promiſ. nullibi appareat Imperatorem uoluiſſe corrigere reſponſum Papiniani in. d. §. gener. Et Iuris regula eſt, quòd non inducatur † correctio, niſi expreſſè cautum ſit. l. præcipimus. C. de appel. cum uulga. Item eſſet contra mentem Imperatorum, qui ſemper ſolliciti fuerunt fauere mulieribus in cauſa dotis, ut patet in. l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. hab. per rationem ibi aſſignatam in uerſ. quis enim non miſereatur. &c. & facit. l. 1. & ibi. Do. latè in. l. 1. Item non eſt ueriſimile Imperatorem uoluiſſe corrigere in. l. 1. C. de dotis promiſſ. legem antiquam in. d. §. gener. cum Iuriſcon. ibi aſſignet rationem ſpecialitatis in cauſa dotis ibi, dotis etenim quantitas pro modo facultatum &c. & ſuper intellectu. d. l. 1. & §. gener. dixi in. d. l. ità ſtipulatus ſum te ſiſti. Et in. d. l. 1. ſol. mat. in quibus locis Docto. latè diſputant.

Zaſij reſponſio.

50.

51. Limitatur † ſecundo niſi uerbum, promitto, ſit inſertum in contractibus innominatis, quorum quatuor ſunt ſpecies. l. naturalis. §. 1. de pręſcrip. uerb. nam iſto caſu non inducit præſumptionem ſtipulationis. Et hoc modo limitatur. d. §. ſi ſcriptum. ità uoluit notabiliter Bal. in. l. ſicuti, C. de actio. & oblig. & hoc patet in. l. ex placito. C. de rer. permuta. cum natura utriuſq; contractus ibi expreſſè concurrat: Romanus uero hic contrarium ſentiebat, & ante ipſum Saly. Alex. uerò & Areti. hic ſequuntur opinionem Bal. hoc fundamento, quia ſtipulatio non immutat naturam contractus, ſuper quo interponitur. l. ſi ſtipulatus. de uſur. l. 1. §. belliſſimè, quor. legato. ut latè per Docto. in rubr. de uerb. oblig. ubi plenè hunc articulum diſputauimus. † Nam quis in plus non obligatur per ſtipulationem, ſed benè efficacius obligatur, ut Docto. omnes communiter dicunt in rubr. ſupra eod. & ibi latè diximus. licet hanc communem diſtinctionem reprobauimus ibi, ſed nunc tenendo, ita poteſt reſpondere.

52.

Sed prout etiam ſentit hic Crotus, opinio Romani uidetur uerior quibuſdam rationibus. Primo, quia hic concurrunt duæ regulæ, prima eſt, quòd uerba debeamus interpretari ſecundum ſubiectam materiam. l. quęro. §. inter locatorem. cum ſimilibus, locati. Secunda eſt, quòd præſumatur ſolemnitas intrinſeca. d. § . ſi ſcriptum. † Sed regula eſt generalis,

53.

quod

quod ſtantibus duabus regulis attendenda eſt illa,quę magis eſt ſpecialis, prout notabiliter uoluit Bal.in.l. hac conſultiſſima. col. 1. de teſtam. Sed magis ſpecialis eſt regula, d.§. ſi ſcriptum. ut uerbum. promitto, importet ſtipulationem. Et ultra autoritatem Bal. facit, † quod generi per ſpeciem ſemper derogatur. c.generi. extra de reg. Iur. in 6. &. l. uxorem.§. feliciſſimo. de legat. 3. † Secundo quia regulam habemus,quod ſemper attendenda eſt regula, quæ eſt magis fauorabilis, ut uoluit Bart. in extrauag.ad reprimen:Sed magis fauorabile eſt,ut præſumatur ſtipulatio,d.§. ſi ſcriptum.Nam hoc modo contractus efficacior & firmior, cum non habeat locum pœnitentia, ſed præciſe compellatur. d.l. ex placito. C. de rer. permuta. Item hoc modo ſeruatur etiam regula,quæ uult,ut ſemper in dubio interpretemur, ut actus magis ualeat quam pereat,l.quoties infra tit.noſtro. l.in ambiguis. de reb. dub. Nam ſi daretur pœnitentia, actus hoc modo corrueret,quod non erit,ſi præſumatur ſtipulatio, & quod hęc opinio uerior ſit animaduertendum eſt, quod tex. in. d.§. ſi ſcriptum. indiſtinctè & generaliter loquitur,quod uerbum,promitto, inſertum in inſtrumento, debeat importare ſtipulationem, & hoc propter autoritatem inſtrumenti publici, nec facit aliquam differentiam, ſuper quibus contractibus apponatur. Si ergo ratio eſt. d.§. ſi ſcriptum. ut procedat propter autoritatem publicæ ſcripturæ; ergo cum in omnibus alijs contractibus ſit eadem ratio, debeat eſſe eadem Iuris diſpoſitio. l. illud. ad. l.aquil. l. à titio. de uerbo. oblig. cum uulga.& lex generaliter loquens,generaliter eſt intelligenda. l.non diſtinguemus,de arbi. l. de precio.de publici. 54. 55.

Tertio †. loco limitatur,quando in ſcriptura,uel in inſtrumento diceretur,aliquem fideiuſſiſſe ſimpliciter : ſecus uero ſi inſtrumentum faceret mentionem,qualiter talis nominatus fuit fideiuſſor. ità Iaſ. hic nouiter ultra ſcribentes annotabat per tex.in d. l. cum oſtendimus. §. fin. arguendo à ſpeciali ſecundum intellectum Bar. & communiter Doctorum in. l. 1. ſup.cod. 56.

Verum iſta limitatio Iaſo. etiam quod approbetur hic per recentiores, non uidetur uera. Nam etiamſi in inſtrumento dicatur, talis nominatus fuit fideiuſſor,nihilominus ſi dictū eſt,talis, utputa Titius, nominatus fideiuſſor fideiuſſit pro Meuio non dubium erit quin debeat præſumi illo caſu ſtipulatio propter naturam uerbi, fideiubeo, cum de neceſſitate actus importet ſtipulationem. ut ſupra dictum eſt, ſatis eſt quod ille dicat fideiuſſit.neq; obſtat tex. d. l. cum oſtendimus.arguendo à ſpeciali,quia ibi expreſſe apparebat, quod non interuenerit ſtipulatio. ideò extra illum caſum. I.C. non præſumpſiſſet ſtipulationem ceſſante cauſa ſpecialitatis, de qua per Docto. communiter in. d.l. 1. ſup. cod. in prin. quod ſecus eſt in caſu noſtro,cum. I.C. ſit in dubio, an interuenerit ſtipulatio nec ne; & ideò licet in inſtrumento diceretur, Titius nominatus fideiuſſit, non dubium eſſet,quin lex præſumeret ſtipulationem.Secus uero ſi clarè conſtaret,ut non interueniret ſtipulatio,d.l.cum oſtendimus, §.fin.

Limitatur † ultra Docto.hic diſpoſitio iſtius legis,ut non habeat lo- 57.

Noua limitatio. cum in Idiota & imperito, ſecundum Socin. cuius commentaria in lucem edita non ſunt. Et ita etiam conſulendo attentabat, qui mouebatur hac ratione. Lex iſta procedit per uiam præſumptionis Iuris duntaxat, ſecundum glo. & Docto. hic communiter, ut infra dicemus. Quomodo poteſt præſumi ſtipulationis ſolemnitas in idiota, cum penitus ignoret, quid ſit ſtipulatio, & adducit tex. in ſimili in. l. quòd ſi nepotes. & ibi notat glo. de teſta. tute. ubi differentia uerbi inter liberos & filios ad hoc ut nepotes contineantur, non habet locum in ſimplicibus & imperitis hominibus, & hoc intellige ſecundum antiquorum interpretationem; ſecus uero quantum ad ſecundum intellectum Bar. ad illam gloſ. ibi. Item adducebat textum. in. l. ſtipulatio. §. cum quoque habere. quod ſtipulatio facta à ſeruo, ſibi licere habere, quòd licet non cadat ciuilis poſſeſſio in perſonã ſerui, cum ipſe Iuris diſpoſitione pro nihilo reputetur. l. quod attinet. de regu. Iu. tamen cum talia uerba interpretari poſſimus in naturalem poſſeſſiõem, cuius eſt capax; nam circa ea, quæ Iuris naturalis ſunt benè eſt capax. ut patet in. l. ſi id quod. de cõdicti. indeb. Sic in ſimili ſi imperitus dicat, ſe fideiuſſiſſe, debet intelligi ſecundum naturã ſerui, circa rem cuius eſt capax. Vltra ipſum Socin. facit regula uulgaris, uerba ſemper in dubio intelligi ſecundum qualitatem perſonæ proferentis. l. plenum. §. equitij. de uſu & habita. l. & militibus. C. de teſta. mili. & ibi Docto. & ultra Soc. hic facit optimè quod uoluit. glo. ac Bar. ibi expreſſè in. l. 1. C. de uſur. quod aliter intelligantur uerba prolata à ſimplici, & aliter à notario. Et in ſimili notat Pet. de Ancharan in conſili. 332. uiſis diligenter. & tradit And. Sicu. in conſil. 75. col. 2. col. 4.

58. Secundo † nota ibi in uerbo, uideri, quòd licet uerbum, uidetur, de ſui natura ſit aptũ importare fictionem. l. 1. §. deieciſſe. de ui & ui armata, tamen in hac. l. noſtra importat præſumptionem Iuris duntaxat, cum admittatur probatio in contrarium. ut glo. noſtra uoluit hic communiter approbata. Item quia lex diſponit ſuper re dubia. Nam poſſibile fuit, quòd interueniſſet ſtipulatio, licet de ea non appareat: & ideò non ſumus in terminis fictionis. Sed quantum ad uerbum, uideri, hic poſitum, ſecundum doctrinam Bal. per nos ſepiſſimè repetitam in rubri. extra de præſcrip. uerbum quidem, uidetur, ſecundum ſubiectam materiam recipit ſignificationem. Nam ſi erit ſuper re dubia, importabit præſumptionem; ſi ſuper re certa, ſignificabit fictionem. Quantum ergo ad terminos noſtræ legis dicendum eſt, quod. I. C. hic proceſſerit per præſumptionem Iuris duntaxat; prout etiam diximus in præludijs, & ita poſt glo. uoluit Rapha. Cuma. Aret. & communiter Docto. hic, pro quorum ſententia uidetur eſſe tex. in d. l. iuriſgentium, de pact. ibi, niſi contrarium probetur, ubi per illa uerba, rogauit Titius, ſpopõdit Meuius, introducitur ſtipulatio, niſi contrarium probatum fuerit. Contrarium uerò tenebat Iacob. de Arena, ponderando textum in §. fin. in Inſti. de fideiuſſo. & expendendo ibi uerbum, uideri, bis ab Imperatore repetitum, & ſic nõ ſine legis myſterio ponderabat etiam tex. in ſimili in §. ſi ſcriptum. Inſti. de inutil. ſtipul. dum tex. dicit, perinde eſt, ac ſi præcedenti interrogationi reſponſum ſit, & ſic per uiam fictionis. l. Iure Ciuili. de condi. & demon. & quia obſtabat

ſtabat textus contra Iacob. de Aren. in d. l. iuriſgentium. §. quod ferè, reſpondebat Signo. de Ama. ut ſubtilitatum princeps Chriſtoph. de Caſtell. col. 2. in fin. Nam ille, qui fideiuſſit, negabat interrogationem præceſſiſſe, uel aliam ſolemnitatem ad illum actum neceſſariam, & tunc iſto caſu ex quo lex fingit, iſtam ſolemnitatem interueniſſe, & omnes alias, ideò non poteſt admitti probatio in contrarium, per notata in l. ſiue poſſidetis. C. de proba. Sed ſi uellet admitti ad probandum, quod ultra iſtas ſolemnitates talia uerba non habeant uim pacti nudi: & tunc quantum ad hoc admittitur probatio in contrarium. Ad hoc reſpondebat præfatus Chriſtopho. à Caſtel. quod huiuſmodi reſponſio eſt contra textum in d. §. quod ferè. iunc. gloſſ. ibi. nec tollit fundamentum. Nam in dict. §. quod ferè. caſus talis erat, ut ſupra dictum eſt, quod Titius rogauerat, & Meuius reſponderat, quæritur ibi, an prædicta uerba habeant uim ſtipulationis, & reſpondet I. C. quòd ſic, & ſic ibi apparet, quòd reſponſio fuerit facta inter præſentes & in continenti: & hoc ex preſumptione, quam lex admittit, ut uideatur facta † ſtipulatio inter præſentes & in continenti, ad hoc ut teneat. l. 1. ſupra eod. Et tamen contra iſtam præſumptionem lex admittit probationem in contrarium, ut ibi. Sic ergo in caſu iſto lex debet admittere probationem in contrarium: & ſic termini. d. §. quod ferè, ſunt pares quantum ad noſtram quæſtionem, & contra Iacob. de Aren. adducebat optimum argumentum, prout etiam nos ſuprà induximus, quòd fictio prouenit ex æquitate. l. poſtliminio. de capt. & poſtlimi. reuer. Sed maxima eſſet iniquitas, ſi lex fingeret abſolutè illum teneri, nec poſſet probari in contrarium, quia non interueniret ſtipulatio, & hoc modo abſolutè obligaretur: Et hanc ſententiam contra Iacob. de Aren. etiam ſequor, ut nullo modo dicatur eſſe fictio, ex quo impoſſibile eſt in terminis noſtræ legis. I. C. procederet per fictionem, cum fictio ſit ſuper re certa & non dubia. † Sed unum bene attentarem ultra Docto. hic poſt præceptorem meum Clariſſimum. I. C. Raynaldum Petrucium Senenſem, ſacri palacij auditorem, quòd hic non ſumus in fictione, ut ſupra concluſum eſt, nec etiam ſumus in præſumptione Iuris duntaxat, prout Docto. communiter uolunt, ſed ſumus in præſumptione Iuris & de Iure, quæ quodammodò æquiparatur fictioni.

59.

60. Noua Conſideratio.

Nam ex quo lex noſtra loquitur per uerba de præterito, dicendo, ſi quis ſcripſerit ſe fideiuſſiſſe, ideò lex præſumit in caſu iſto abſolutè omnia interueniſſe neceſſaria. Item etiam ex alijs indicijs lex mouetur ad præſumendum & ſtatuendum. Nam ex quo manu propria aſſeruit ſe fideiuſſiſſe, quomodò ergo debet ille contra ſuã propriam ſcripturam uenire, dicendo non eſſe efficaciter obligatum, quia non interuenit ſtipulatio, cum fateatur ipſemet expreſſe ſe fideiuſſiſſe: & ideò in eius odium lex abſolute procedit ſtatuendo, ut quod in lege noſtra eſſet præſumptio Iuris & de Iure, ad hoc ponderabat gloſſ. hoc uoluiſſe in l. ſiue poſſidetis. C. de proba. licet ſit ſibimet contraria hic, ubi gloſſ. dinſtinguendo, inter Iuris præſumptionem duntaxat, & præſumptionem Iuris & de Iure,

ad probandam ſuam diſtinctionem adducebat. l. noſtram in membro
præſumptionis Iuris & de Iure: & ſic expreſſè ſentit ibi gloſ. quod in l.
61. noſtra non ſit præſumptio Iuris duntaxat, prout uulgatum eſt, † quòd
dictum gloſ. & Docto. intelligendum eſt ſecundum leges allegatas. &
quod in caſu noſtro ſit præſumptio Iuris & de Iure, ego pondero tex-
tum in d. §. fina. in Inſtitu. de fideiuſſ. ubi expreſſè uidetur hoc ſenti-
re Imperator, in quantum dicit, ſciendum eſſe generaliter in ſtipula-
tionibus fideiuſſorum, ut quodcunque ſcriptum ſit quaſi actum, uidea-
tur etiam actum. Et facit ibi Imperator illationem, ponendo formaliter
omnia uerba. I. C. in lege noſtra, quæ omnia uerba rectè conſide-
rando non alium ſenſum habent, quam quòd Imperator per uiam
regulæ, ut patet ibi dicendo, ſciendum eſt generaliter, ſtatuit diſpo-
nendo & præſumendo, quod in contractibus fideiuſſorum abſolutè
& indiſtinctè ſemper præſumatur ſtipulatio, prout patet expreſſe in illis
uerbis, ut quodcunque ſcriptum ſit quaſi actum, uideatur etiam actum,
& iſtum ſenſum habuiſſe ibi Imperatorem hoc uidetur expreſſe colligi
per gloſ. dum dicit in uerbo, actum, exponendo illa uerba quaſi di-
cat, ſi ità dicat ſcriptura, ac ſi uerè ità fuiſſet factum, & ſic apparet quod
Imperaror pro ueritate habuit præſumendo & ſtatuendo, quod pro ue-
ritate ſit, ut ſemper in contractibus fideiuſſorum præſumatur ſtipulatio,
& tenendo hunc intellectum ad l. noſtram, quod diſpoſitio. l. noſtræ
procedat per præſumptionem Iuris & de Iure, non obſtat tex. in dict. l.
iuris gentium. §. quod ferè. de pactis, ubi ſi in inſtrumento dictum eſ-
ſet, rogauit Titius, ſpopondit Meuius, per huiuſmodi uerba I. C. ibi
interpretatur introductam eſſe ſtipulationem, niſi contrarium proba-
tum fuerit per contrahentes, & ſic apparet, quod admittitur probatio
in contrarium ſuper ſtipulatione: & fortius uidetur ſtringere iſte tettus,
cum ibi expreſſè uerba denotabant ſtipulationem, & tamen lex concedit
probationem in contrarium, quantò fortius attendenda eſt probatio in
contrarium in l. noſtra, cum non ita uerba expreſſè & præciſè impor-
tent ſtipulationem. Nam reſponderi poteſt, quòd ideò admittitur pro-
batio in contrarium, quia etiam quòd admittitur probatio in contrari-
um, non tamen ſequitur integraliter deſtructio actus: nam uerba illa
importarent pactum nudum, ut patet in dict. §. quod ferè, & ibi
Docto. Quod ſecus eſſet in caſu iſto, ſi ſtipulatio non præſumeretur,
& admitteretur probatio in contrarium. Nam in totum actus corrue-
ret, cum nec naturalis obligatio ac abſque ſtipulatione orta fuiſſet: &
ſic nec fideiuſſor remaneret obligatus, cum fideiuſſio præſupponat ob-
ligationem ſiue Ciuilem ſiue naturalem. l. 1. de fideiuſſ. & ubi non ori-
tur naturalis obligatio, non poteſt accedere fideiuſſor. l. 1. §. ſi quis ità.
ſupra eodem. Neque etiam obſtaret, ſi quis diceret, prout etiam ſupra
diximus, quòd ſi lex noſtra procederet per præſumptionem Iuris & de
Iure, & per conſequens non admitteretur probatio in contrarium, quod
reſultaret quædam iniquitas, quòd lex non debet hoc inducere, prout
quidam ueſtrum mihi reſpondebat. Et iſtud fuit argumentũ Chriſtoph.

à Caſtel.

à Caſtel. reprǽhendēdo Iacob. de Aren. uolentem. l. noſtrā procedere per fictionem. Nam reſpondetur, quod non reſultat iniquitas, ex quo expreſſè apparet, quod ille uoluit omnino efficaciter obligari, ex quo manu propria ſubſcripſit ſe fideiuſſiſſe: & ideo ſtandum eſt ſcripturæ propriæ in odium ſcribentis. l. de ætate. §. ſi quis, de interro. actio. l. publia in fin. depoſiti. Videmus etiam quod lex in aliis caſibus conceſſit, quod non admitteretur probatio in contrarium, expreſſè ſtatuendo ſuper ſimili præſumptione, fingendo ſtipulationem interuenire in terminis noſtris ſuper fideiuſſione. d. l. cum oſtendimus. §. fin. ad Municipa.

Tertio † nota ſecundum Iaſ. hic, quod ſcriptura aliquod factum in ſe continens, probat contra ipſum ſcribentem non ſolum ipſum factum, ſed etiam ſolemnitatem facti, licet nulla ſit facta mentio in ſcriptura: & ad hoc optime adducit notabile dictum Bal. in c. 1. §. ſi inſtrumentum, de notis feudor. quod ſemper habetur in ore aduocatorū in iudiciis: quod inſtrumentum eſt tantæ uirtutis, ut ex eo oriantur duæ præſumptiones, quod ſit uerum & ſolemne, ſiue uerius duæ probationes oriantur. Et hoc idem dixit Bal. in l. 1. in ult. col. C. de teſtam. † quod ex inſtrumento publico duæ præſumptiones oriantur ueritatis & ſolemnitatis, & ratio eſt, quia inſtrumentum facit rem manifeſtam. c. cum olim, de uerb. ſigni. l. fin. cum ibi notatis. C. de reb. cred. Alex. in conſil. 37. col. 5. in prin. lib. 3. Iaſ. in l. 1. de ope. no. nunc. col. 5. Deci. in conſil. 550. lib. 5. facit etiam quod notabiliter uoluit Bal. in l. Imperator. col. 2. de ſtat. homi. in l. quoties. in fin. C. de uſur. pupil. † quod inſtrumentum eſt probatio probata & non probanda, & ueritas apparens. 62. 63. 64.

Penultimo loco ultra Docto. hic colligendum eſt in uerbo, ſciendum, iuncto uerbo, generaliter, & clarius in d. §. fin. in Inſti. de fideiuſſ. iuncta noſtra declaratione ad tex noſtrum, quod hic ponitur regula abſoluta à l. C. quod huiuſmodi uerba per uiam regulæ procedunt, ut patet per tex. in l. 2. de lega. 1. Nam iſta uerba generaliter ſignificant legem indiſtincte ita interpretari. l. ſi ſeruitus, de ſeruitut. urba. præd. & ſic in l. noſtra reſultat præſumptio Iuris & de Iure, ut ſupra concluſum eſt. Noua Cōſideratio.

Vltimo † ex iſto tex. colligo: & ad huiuſmodi propoſitum ſemper adducitur lex noſtra: quod ſolemnitas intrinſeca ſemper præſumitur, & ita per Bar. & Docto. omnes ſummatur iſte tex. Sed certe iſtud notabile & per conſequens ſummarium ita generaliter accipiendo, non procedere uidetur, ut ſupra concluſum eſt; cum materialis ſolemnitas nunquam præſumatur. dict. §. precium. in Inſtitu. de empt. & uend. & infra dicemus. 65. Nouiter. l. noſtram nō probare ad quod communiter adducitur.

In gloſ. in uerbo ſolemniter, quæ ſecundum Iaſonem hic in ſex parteis diuiditur, tu uero melius in ſeptem diuide. In prima gloſ. declarat textum noſtrum, in ſecunda reſtringit textum, in tertia quærit & ſoluit, in quarta notat ex textu noſtro generalem cōcluſionem & Regulā, in quinta opponit & ſoluit, in ſexta limitat textum noſtrum, in ſeptima colligit argumentum.

In glo. ibi in uerbo l. cum de indebito. glo. notabi. declarat textum no-

 ſtrum

66. ſtrum † quòd ità demum ualeat fideiuſſio, ſi in Inſtrumento fideiuſſionis fiat mentio obligationis principalis contractæ, & ſecundum Bar. hic poſt Dyn. uel ſit facta mentio de obligatione contrahenda per l. ſtipulatus ſum à reo. §. adhiberi. de fideiuſſ. Et iſtam gloſ. alibi multum
67. extollit Bal. c. ſina. col. ultima. de confeſſis. † Quod quando in Inſtrumento fideiuſſionis fit mentio de debito principali, quod præſumitur ſolemne, adeo quod non ſit neceſſe exhibere Inſtrumentum. Quod eſt notandum. Auten. ſi quis in aliquo. C. de edendo. Et ideo
68. hic Immola. Ange. Caſtren. & alij inferebant † quod ſi ex forma iuris. Municipalis petatur exhibitio Inſtrumenti contra fideiuſſorem, non eſt neceſſe inſtrumentum exhibere, ſi facta eſt mentio de eo in Inſtrumento fideiuſſionis, Ita Dd. hic uolunt per glo. noſtram & ratio glo. noſtræ eſt, quod fideiuſſio non teneat abſq; mentione facta debiti principalis, quia quælibet promiſſio & obligatio facta ſine cauſa eſt nulla, c. ſi cautio, de fide Inſtrumen. d. l. cum de indebito, §. fina. de proba. uoluit glo. l. Inſtrumento, C. de probati. l. generaliter C. de non numer. pecunia. Alexan. conſ. 3. incip. in cauſa & lite. col. 2. lib. 2. & conſ. 13. incip. ex his quæ in themate col. 2. lib. 4. Roman. in conſ. 292. incip. pro habenda, in fine. &
69. conſ. 373. ſicuti etiam uidemus, † quod ſtipulatio facta ſine cauſa nulla eſt. l. 2. §. circa. de doli mali excep. ut diximus in Rub. ſupra eod. Et hæc
70. omnia procedũt, † quando eſſet facta fideiuſſio extra iudicium, ſecus uero ſi in Iudicio, licet nulla cauſa eſſet expreſſa, uel eſſet facta mentio debiti principalis. Nam tunc fideiuſſio ualeret. Specu. in tit. de dolo & contumacia. §. fina. in antepen. col. & Bal. ibi expreſſius in additio: ubi dicit, quod in fideiuſſore contractus in Iudicio non requiritur expreſſio cauſæ, & idem Bal. in l. qui ad crimen. col. 4. poſt princ. uerſ. ad idem quia in Iu-
71. dicijs, C. Qui accuſa. non poſſunt. Et ratio manifeſta eſt, quia † calor Iudicij hoc operatur, prout notabiliter glo. hoc uoluit l. prima §. fina. in glo. magna in princip. de interroga. actio. quæ communiter adprobatur, ut patet per Alexan. in præallegato conſ. 13. & hæc nota ad intellectum & declarationem glo. noſtræ.

72. † Secundo modo limita. glo. noſtram ultra. Dd. hic niſi Iuramentum interuenerit in fideiuſſione. Nam tunc etiã quod fideiuſſio eſſet facta in diuerſa ſcriptura, tamen teneret, nec dici poſſet ut eſſet ſine cauſa. Ita Roman. conſ. 374. incip. in cauſa propoſita, circa medium, uerſ. cæterum, ubi dicit. Quod licet confeſſio ſeu obligatio ſine cauſa non ualeat, tamẽ fallit: niſi ſuper ea ſit adpoſitum Iuramentum: & dictum Romani ſequitur Hippol. de Marſ. in termin. noſtræ l. primæ §. præterea. col. 12. de quæſt. quam limitationem nota te cum plerumq; Iuramentum ſoleat apponi in contractibus.

Declaratio ad primam partem glo. ſecunda noua limitatio.

In glo. ibi in tertia parte, an admittatur probatio. Bar. hic ómittit iſtam partem glo. & accipit quartam, ſed ſuper iſta parte dicit columna 3. uerſ. Quæro. Circa hanc partem glo. ſatis dictum eſt, & communis ſententia eſt cum glo. quod admittatur probatio in contrarium per d. l. Iuriſgentiũ. §. quod ferè, ex quo eſt præſumptio Iuris dũtaxat, licet contrariũ diximus

ponderando

ponderando textum,§.fina.Inſt.de fideiuſſ. † Notandum tamen eſt cir- 23.
ca hanc glo. Quod ſi uolo probare contra hanc ſolemnitatem aut præſum
ptionem Inſtrumenti,quod tunc poſſum per teſtes, ita ſingulariter uoluit
glo.d.§.quod ferè,& optime hoc probat textus in.l.quęcumq;,& ibi Bar.
ponderat illũ textũ.C.de Apoch. publi.lib. 12. † Si uero uoluero probare 24.
contra tenorẽ inſtrumenti,& tunc non poſſum per teſtes,niſi per aliã ſcri-
pturã.l.generaliter. C.de nõ numera. pecu. Infert hic Iaſon notabiliter, &
fuit ſingulare dictum Specu. in tit. de probat.§. fina.uerſ.ultimo noto. † 25.
Quod ſi uolo probare contra præſumptionẽ Iuris,debeo probare per tres
teſtes idoneos,aut ſaltem per duos excellentes, cuius dictum confirmatur
per Iaſonẽ,quia præter prę́ſumptionem Iuris debet adduci probatio talis,
quæ ſit fortior, & maiores habeat uires,glo.l. non eſt uériſimile. Quod
metus cauſa. † Et ratio eſt, quia præſumptio Iuris eſt liquidiſſima pro- 26.
batio.l. licet Imperator. §.primo de legati. primo,& Iuris præſumptio ha
betur loco ueritatis, ut textus notabilis & ſingularis dicit.l.fina de pro-
bat. ibi ueritati locum ſuperſore, quem textum multum extollit Iaſon. d.
l.licet Imperator, adſerens ſe didiciſſe hunc textum à quodam excellen-
tiſſimo Aduocato.

In glo.ibi.itẽ mentio. Bar. format aliquas oppoſitiones, & in prima ex
ex eius dictis colligitur, † quod duplex eſt ſolemnitas,intrinſeca & extrin 27.
ſeca,& dicit una cũ glo.quod ſolemnitas intrinſeca præſumatur,ut in.l.no
ſtra.Extrinſeca uero non præſumatur.d.l. quæcumq;.§. fin. de publicia-
na.Et ita Bar. hic dicit hanc diſtinctionem. glo. eſſe menti tenendam.Ve-
rum quia Bar. infra in ſuis commentarijs latius diſtinguendo dicit. Ideo
reſeruabo loco ſuo,dicendum.

In quantum Bar. hic definit intrinſecam ſolemnitatem, & dicit, quod
intrinſeca ſolemnitas eſt, quam uerborum prolatorum natura compræ-
hendit,uel eſt apta compræhendere. Verum quia diximus ſupra in præ-
ludijs.Ideo remitto me ad ea quæ ibi dixi. Sed contra iſtam definitionem
ſic communiter approbatam opponit hic Iaſon. † Nam certũ eſt, quod 28.
uerbum conuenit eſt generale,& latiſſimam habet ſignificationem.l. pri-
ma. §.conuentionis. de pactis & ſic eſt aptum ad importandam ſtipula-
tionem,cum ſit generalius uerbo promitto. Nam uerbum promitto ſolũ
ad tria extenditur,ad nudam promiſſionem, & pollicitationem, & ſpon-
ſionem.l.ſciendum.§.dictum,de Aedilit. Edicto. Et tamen uerbum con-
uenit non compræhendit ſtipulationem.l.lecta ibi in uerbo conuenit,ſi
cert. peta,prout ibi latè per Dd.& diximus in rub.ſupra cod.

Ad huiuſmodi contrarium Iaſ.reſpond, ex dictis Bar. d.l. lecta, quod
uerbum conuenit eſt uerbum generaliſſimũ. d.§.conuentionis. Ideo pro-
pter eius nimiam generalitatem nõ præſumitur ſtipulatio. Quod ſecus eſt
in uerbo promitto cũ non ſit tam latum. d.§. dictum, licet Iaſ. hic appro-
bet hanc ſolutionẽ,tamen in. d. l.lecta reprobauit,negando, quod uerbũ
conuenit ſit magis generale,quam uerbum promitto. † cum uerbum cõ- 29.
uenit non poſſit importare pollicitationem, cum ſit ſolius offerentis pro-
miſſio. d.l.pactũ de pollicita. Et tamen uerbum promitto cõpræhendit.

Item poſſes dicere, quod imo uerbum promiſit ſit aliquo modo generalius. Nam ſi uerbum promitto compręhendit pactum. d. §. pactum. Ergo per conſequens compræhendit conuentionem, cum pactum in ſe conuentionem contineat.

Tamen pro nunc tenere potes ſolutionem Bar. d. l. lecta. & ad dictum Iaſ. reſpondere potes, quod non ſequitur, Verbum promiſit continet pollicitationem, quam tamen non compræhendit uerbum conuenit. Ergo eſt generalius in alijs caſibus. Nam hoc contrarium probatur, cum uerbũ conuenit ſit magis generale, cum compræhendat omnes cõtractus, diſtractus, & Tranſactionem ut dicit textus d. §. conuentionis, & nullus ſit contractus ubi non interueniat conuentio.

80. † Et ideo dicas quod uerbum conuenit, & uerbum promiſit habent ſe ut excedentia & exceſſa, prout in ſimili dicitur per. I. C. in l. ij. iuncta glo. ibi, de iureiur. cum ibi dicatur iuramentum habere maiorem autoritatem, quam res iudicata. & tamen in multis caſibus maiorem habet autoritatem res iudicata quam iuramentum.

Et ideo dicas, quantum ad hoc motiuum Iaſo. adductum in contrarium
81. ad doctrinam Bar. hic † Quod ideo uerbum promiſit importat ſtipulationem, & non uerbum conuenit. quia uerbum (promiſit) ſcriptum in inſtrumento cum ſit pars ſtipulationis, & denotet ordinem ſtipulationis, ideo fit præſumptio à lege, quod facta fuerit ſtipulatio. Et hoc eſt quod uoluit dicere textus in. §. ſi ſcriptum, Inſt. de inut. ſtip. Ibi, perinde eſt ac ſi præcedente interrogatione reſponſum ſit. Sed uerbum conuenit nullo modo importat ordinem ſtipulationis, & ideo non poteſt compręhendere ſtipulationem. & hoc modo de facili reſpondetur ad iſtud obiectum Iaſon. hic.

Ratio quare uerbũ ꝓmitto importat ſtipulationem ſecꝰ uero uerbũ conuenit.

Noua reſpõſio ad obiectum Iaſ.

In tertia oppoſitione Bar. colligitur. quod differentia eſt inter ſolemni-
82. tatem Intrinſecam formalem & materialem. † Nam ſolemnitas Intrinſeca formalis præſumitur, ut in. l. noſtra. &. §. fina. inſt. de fideiuſſ. & d. §. ſi ſcriptum. Solemnitas uerò materialis non præſumitur. d. §. precium
83. inſt. de empt. & uendit † & rationem adſignat Bar. quia precium rei multiplex eſt & uariabile, & ad hoc poteſt adduci textus. l. precia rerum ad. l. Falcidiam. Ideo non poteſt præſumi, ſed forma dicit Bar. uniformis & non mutabilis eſt, ideo præſumitur. licet Dd. omnes cum hac diſtinctione Bar. pertranſeant, tamẽ quis dicere poſſet. Quod licet precium in cõtractu uenditionis ſit ſolemnitas materialis principaliter, tamen aliquo reſpectu poteſt conſiderari, ut ſolemnitas formalis. Nam in quantum à lege diſponitur quod precium neceſſarium ſit ad hoc, ut ualeat emptio, tamen conſiderando, quod precium debet eſſe certum. d. §. precium. Item debet conſiſtere in pecunia numerata, per textum in. §. idem precium, eod. tit. inſt. de empt. & uendit. Quod hac ratione habita precium etiam uidetur conſiſtere de forma. Nam de iure gentium ualebat contractus emptionis & uenditionis etiam quod non interueniret precium in pecunia numerata, ut patet in. l. 1. de re. permutat.

Rõ quare ſolẽnitas extrica materis non præſumatur abſq; nõ uidꝫ procedi.

84. In quarta oppoſitione Bartol. colligitur † Quod ſi in Inſtrumento fiat

fiat mentio alicuius ſolemnitatis quæ potuerit interuenire tempore con- fecti inſtrumenti, quod talis ſolemnitas præſumitur, & ſtatur inſtrumen- to glo. in l. prima. C. de fide Inſtru. lib. x. & illam glo. auream dicit eſſe Bal. in. l. prima in princip. de rebus eorum. & Ange. in. l. licuit. §. num uide- tur. Quib. mod. pig. uel. hypo. ſol. & per illam glo. iuncta declaratione Bar. hic multa per. Dd. inferuntur, ut hic per Iaſon. & primo adducitur dictum Bar. l. Theopompus de dote prælegata. † Quod ſi in actis re- 85. periatur ſcriptum teſtis iuratus parte præſente, talis ſcriptura probaret iuramentum & partis præſentiam, ex quo poſſibile fuit utrunq; inter- ueniſſe, & illo caſu præſumeretur propter aſſertionem Notarij iuramen- tum fuiſſe ſolemniter præſtitum, ut uoluit Bal. c. primo, in princip. Tit. Quid ſit inueſtitura, & Geminea. in. c. primo per illum textũ, de reb. Eccle- ſiæ nõ alienan. † Quod ſi Notarius in alienatione rei Eccleſiaſticæ aſſe- 86. ruerit cauſam alienationis fuiſſe iuſtam & neceſſariam non adhiberetur fides Notario, niſi ex uerbis Notarij aliter conſtaret ea ratione quia talis aſſertio facta per Notarium non poterat uerificari tempore confecti in- ſtrumenti, ut notabiliter uoluit conſulendo Paulus Caſtr. conſ. 91. quod incipit ſuper eo, ubi per hanc doctrinam Bar. † uoluit quod non creda- 87. tur Notario aſſerenti in alienatione rei minoris quod interuenerit decre- tum Iudicis cum cauſæ cognitione, cum omnia hæc non potuerunt inter- uenire tempore confecti inſtrumenti. Alex. conſ. 17. uol. 4. incip. Viſo in- ſtrumento locationis † Quod ſi in inſtrumento facto per capitulum di- 88. catur. Prior & fratres & alij conſtituti in dignitate ex omnium ſuffragio & ex certa ſcientia & deliberatione habitis tractatibus alienauerunt rem Eccleſiaſticam tali precio. Quod per huiuſmodi uerba non probatur ſo- lemnitas neceſſaria, cum omnia hæc non potuerint eſſe tempore confecti inſtrumenti. Cum tractatus de neceſſitate aliquod ſpacium temporis de- ſignent. Ideo refert Alex. præallegato conſilio, quod conſuetudo † eſt & 89. cautela, quod fiat inſtrumentum, primo de tractatu & colloquio, & ſit ſeparatum inſtrumentum ab inſtrumento emptionis ſiue locationis, & adducit autoritatem. P. Caſtr. in præallegato loco, & ultra iſtos adde Tho. Ferra. in ſuis cautelis nu. 60. qui hanc cautelam tradidit, & tene men- ti, quia de facili quis deciperetur.

† Et ratio eſt, quod debeant fieri ſeparata inſtrumenta, nec ſufficit nar- 90. ratiua facta in inſtrumento uenditionis. Nã ſi debent haberi tractatus & colloquia prius à capitulo & collegio. Ergo datur intelligi quod iſti actus debeant præcedere cũ aliquo temporis interuallo, nec poſſunt tempore cõ- fecti inſtrumenti interuenire. Ideo non mirum eſt ſi non poſſunt præſumi, ut patet per d. l. primam. C. de Fide inſtru. lib. 10. iuncta glo. in uerbo ordine, in fine, una cum declaratione Bar. quia ſi precedit tractatus de alie- nandis bonis Eccleſiaſticis uel in emphytheoſim concedendis. Et ex in- teruallo ſequente contractus præſumitur contractus firmiori iudicio & animo magis deliberato corroboratus. arg. l. mulier. C. ad Velle. Et notat. per Bar. per illum tex. in. l. cum ſumus. C. de agrico. & cenſ. lib. 11. fac. tex. &. l. Baliſta. ad trebell. cum ſimi. Et ad ſupra dict. not. quod non

Solemnitas quæ poteſt interuenire tempore cõfecti inſtrumenti præſumitur.

Not: Cautelam optimam ſuper uenditione rei Eccleſiaſticæ.

Ratio quare tractatus & colloquia præcedere debeant.

præſumeretur tractatus habitus & colloquium cum capitulo monaſterij, quando datum eſſet à notario de aſſertione, quia tunc non crederetur, ita uoluit Soc. in conſ. 52. col. prima, lib. 4. adducendo Archi. in c. hoc ius porrectum. x. q. ij. Imo. in c. quibuſdam, de fideiuſſ.

Limitatut duobus modis doctrina Bar. in quantum uult, Quod ſi in inſtrumento fiat mentio de ſolemnitate quæ potuerit interuenire tempo-
91. re confecti Inſtrumenti. † primo ſi pars contradixerit huiuſmodi aſſertioni, ita uoluit ſingulariter Ioan. Andræ. in addit. Specu. tit. de teſtibus §. ſequitur uerſ. Quod ſi in actis ſcriptum eſt, ut latè per Alex. conſ. 42. uol. 4. incip. Viſo proceſſu cauſæ.

92. Secundo limitatur ſecundum Alber. hic procedere. † ſi ſpecialiter & expreſſè fuerit facta mentio de ſolemnitate requiſita. Secus uero ſi in genere Notarius adſeruiſſet omnes ſolemnitates extrinſecas interueniſſe quę poſſint tempore confecti Inſtrumenti interuenire, ut ſequitur Iaſon hic per doctrinam Bar. l. Titiæ Textores, in princip. de legat primo. Quod idem eſt obſcure & generaliter excipere, uel nihil excipere, ut notum eſt.

Poſteaquam Bar. contra notata per glo. quæ faciebat duas regulas circa ſolemnitatem intrinſecam & extrinſecam, plures oppoſitiones fecerit, ipſe ſolito more pulcherrimam doctrinam & diſtinctionem tradit & primo ponit Regulam. Quod ſolemnitas extrinſeca nunquam præſummatur, per tex. d. l. Quæcunq;. §. fina. Et hanc regulam, ut diximus Dd. indifferenter ſequuntur, ut hic per Alex. & Iaſ. Ad unum tamen animaduer-
93. te, antequam deſcendam ad limitationes huius regulæ † quod textus d. l. Quæcunq;, communiter ad iſtud propoſitum adductus, non uidetur hoc probare ſi quis rectè intueatur textum. Nam præſumendum eſt quod propter ætatem imbecillem lex dedit Tutorem pupillo. l. prima de tute. & etiam ut ille minor cum eius autoritate contraheret, & ſic, ne quis minorem decipere poſſet, & ſic ille, qui à minore rem emit Tutoris autoritate, nullo modo eſſet in dolo uериſimili ſed bona fide emiſſe uideatur. Modo dicit ibi, I. C. quod ille qui emerit à minore, probare debet tutore autore ſe emiſſe ad hoc ut dolus ceſſet & bona fide emiſſe uideatur, hic. I. C. diſpoſuit, quod ideo debeat probare Tutoris autoritatem interueniſſe ad iſtū finem, ut bona fide emiſſe uideatur, uerſ. ſed ſic, ubi textus dicit, quod ſi falſo tutore autore emerit, ignorans tamen bona fide emiſſe uideatur. Et ſic ad iſtum ut dixi finem uoluit. I. C. quod emptor teneatur probare, non autem, quod tutoris autoritas, quæ neceſſaria eſt in alienatione rerum pupilli. l. lex quæ Tutores. C. de admi. tuto. ex quo eſt ſolemnitas extrinſeca, ideo non præſumatur, niſi probetur, Nam hæc non fuit intentio. I. C. Sed ut diximus, ad illam qualitatem probandam bonæ fidei uel malæ fidei, & iſte eſt ſenſus huius textus. Verum iſta regula ab omnibus adprobatur. Et poſito quod textus hoc non probaret in. d. l. Quæcunq;. §. fina. tamen ex alijs probaretur. Primo per textum optimum. l. ſi ita ſtipulatus. §. Criſogonus, infra eod. ubi probatur perſonam extrinſecus non præſumi, niſi expreſſà doceatur. Facit etiam uiua ratio huius regulæ, quod ſolemnitas extrinſeca non præſumatur, quia ut ſupra dictum eſt. Facta non præſumuntur

Errant Docto. circa te. in. l. quęcunq; § fina. de publi. cũ nõ probet ad quod adducitur.

Intellectꝰ. l. quęcunq; §. ſi perperam declaratꝰ & per autorẽ uerius elucidatus.

Verus intellectus d. l quęcunq; §. fin.

muntur d.l. in bello §.facta,uerſ. codicilli. Sed ut diximus definiendo ſo-
lemnitatem extrinſecam. Quod ſolemnitas extrinſeca eſt illa quæ interue-
nit extra actum,ideo non eſt præſumenda. Quod ſecus eſt in ſolemnitate
intrinſeca cum conſiſtat in Iure,& iura facilius præſumantur, ut patet in l.
noſtra §.fina.Inſti.de fideiuſſ. d.§. ſi ſcriptum, cum ſimilibus. Et iſta eſt
regula & Doctrina indifferenter approbata quod ſolemnitas extrinſeca
non præſumatur per d.l. quæcumq;, cum alijs ſupra deductis,per quam
Doctrinam reprobatur per Bar. glo. in l. actor. Rem rat.habe.quæ uo-
lebat quod in dubio præſumeretur decretum Iudicis, cum illud conſiſtat
in ſolemnitate extrinſeca, quæ nullo modo præſumitur d.l. quæcumq; &
per eandem Doctrinam reprobatur glo. per Canoniſtas c. ea naſcitur.de
his quæ fiunt à prælat.ubi glo.per † illũ textũ,quæ aliquantulum obſtare 94.
uidetur uoluit,quod in alienatiõe facta per prælatũ,de bonis Eccleſiaſticis,
præſumatur interueniſſe conſenſus Capituli,cum tamen illud conſiſtat in
ſolemnitate extrinſeca,& multa ad hoc propoſitum Iaſon hic adducit.

Iſta cõcluſio recipit per Dd.hic undecim limitationes.Prima eſt,quæ eſt
Bar.† niſi in Inſtrumẽto uel ſcriptura fieret mẽtio de ſolemnitate,quæ po- 95.
tuerit interuenire tempore confecti Inſtrumenti per notata per glo.in l.pri
ma C.de fide Inſtrumentorum lib.10.iuncta declaratione Iacob. Butr.&
cum iſta limitatione omnes Dd. indifferenter pertranſeunt.

Secunda limitatio,quæ etiã eſt Bar.† Quod ſi de ſolemnitate in Inſtru- 96.
mento facta eſt mentio,etiã quod nõ potuerit interuenire tẽpore confecti
Inſtrumẽti.Tametſi partes potuerint renũciare huiuſmodi ſolẽnitati inter
eaſdẽ perſonas præſumitur ſolẽnitas extrinſeca,per l.optimã C.de cõtra.&
cõmittẽ.ſtip.Et iſta proprie nõ eſt limitatio,ſed potius ampliatio ad textũ.

Tertia limitatio eſt ſecundũ Roman.Alex.& Iaſon.hic. † Quando de- 97.
fectus ſolemnitatis extrinſecæ nõ fuit adductus per partẽ aduerſam. Nam
tunc præſumitur ſolemnitas extrinſeca, ita eſt ſingulare dictum Compo-
ſtellani,Ioan.Andr.Imo.in c.cũ dilectus,de Conſuetud. per textum de ea
naſcitur, ſecundum unum intellectum.

Quarta limitatio eſt & ſingularis in hac materia & quotidiana.† Quod 98.
licet ſolemnitas extrinſeca nõ præſumatur,fallit tamẽ propter tẽporis anti- Not.hane
quitatẽ.Ita originaliter Ang.hic uoluit per textũ ſingularem l. ſi filius C.de limitat.quo-
petit.hær.& eſt textus in l. qui in aliena uerſ.ſed ſi nõ adierit,de acqui hæ- tidianam.
red.& Dd. ibi.Et hanc limitationẽ ſequũtur hic Roman.Imo.Rapha.Cu-
man.& Alex.hic & Iaſ.multa adducẽdo,ut hic per eũ,& atteſtatur iſtã eſſe
cõmunem ſententiã,& cõmuniter hoc dicũt Canoniſtæ in c.Albericus, de
teſtib⁹, & c.illud de præſump. Sed licet iſta cõmunis limitatio attribuaẽ ori-
ginaliter Angelo ante ipſum hoc uoluit Imo.in c.ſuper hijs, de.accuſat.Et
in c.illud & ibi Butrius de præſcrip.Et pro iſta cõmuni cõcluſione facit tex.
c.cõtinebatur uerſ.& nõ poteſt multũ temporis, de his quæ fiũt à prælat.
Hanc eandẽ ſententiã ſequuntur hic Crot.& Iaſ. qui adducit,† quod ſi ali- 99.
quis diu fuerit Notari⁹ uel, Doctor quod præſumãtur legitime creati,etiã
quod nõ poſſunt oſtẽdere literas teſtimoniales, ita etiã infert ad Vniuerſi-
tatẽ.† Quod ſi diu fuerit in quaſi poſſeſſione legendi publice præſumitur 100.
[illegible] D. [illegible] quod

quod fuerit legitime creata, etiamſi priuilegium nõ potuit oſtẽdere, inferẽ-
do ad Vniuerſitates Italiæ, quæ fuerũt diu in quaſi poſſeſſione legẽdi. Ita
101. etiã dicũt Dd. † quod ſi incola diu fuerit immunis à munerib⁹ ciuilibus pręſumitur ei cõceſſa immunitas, per Alex. hic & Raph. Cuma. Roma. in cõſ. 152. quod incipit, pro deciſiõe, tertio dubio, & facit glo. d. c. ea naſcitur. Facit etiã in ſimili quod uoluit Ang. cõſ. 141. Quod incipit in quęſtione Eccle-
102 ſię ad finem. † Quod ſi Clericus diu poſſederit duas Parrochiales Eccleſias patiente ſuperiore, præſumitur quod ſit facta unio, licet non probetur, quãuis contra iſtud dictũ Anchorani uideatur tex in c. ordinarij, de officio ordinarij in 6. ubi expreſſè Sumus Pontifex cõpellit poſſidentẽ plura beneficia incõpetibilia debere probare diſpenſationẽ, nec præſumitur, tamẽ Rota Romana ſeruat dictũ Anchorani. Ad idẽ facit quod uoluit Archidia. c. nemo, de cõſecra. diſt prima. & Fede. de Senis cõſ. 130 incip. factũ tale eſt.
103. † Quod ille qui fuerit longo tẽpore in quaſi poſſeſſiõę beneficij, ut præſumat, qđ ſit Canonice & legitime inſtitutus, & ſequuntur But. Imo. & Panor hic de præſumpt. & eorũ fundamentũ eſt tex. d. l. ſi filius, & per eandẽ
104. Doctrinã Alc. in cõſ. 79. circa 1. co. 3. li. primo † uoluit oẽs ſolẽnitates requiſitas à ſacris Canonib⁹ in uẽditiõe faciẽda per prælatũ in bonis Eccleſiaſtiçpręſumi, ſi tẽporis diuturnitas interuenerit, per tex. in d. l. ſi filius & d. l. qui in aliena, uerſ. & ſi adierit. hoc idẽ P. Caſtr. d. l. ſi filius tenuit. Et ut d. xi oẽs Dd pertranſeũt cũ hac cõmuni limitatiõe, et ſemper Dd. per hãc limitationẽ conãtur ſeruare cõtractus propter defectũ ſolemnitatũ omiſſarũ, quãdo tẽporis antiquitas interuenit, & ita uoluit Aret. in cõſ. 33. incipi. exordiẽte col. 2. ita etiã Rom. in conſ. 252. incipi. pro deciſio. prępoſitę quęſtionis in 3. quæſito, Bertran. in cõſ. 194. nu. 4. li. 2. Zaſius in conſ. 1. col. 7 in prin. li. primo, Latè. And. Sicu. in cõſi. quod eſt ultimũ Reſpõſum Alex. li. 4.
Iſta cõmunis limitatio ita ſimpliciter & indiſtincte intellecta periculoſa
105. uidet, nec de iure procedere. Et cõtra iſtã Primo facit regula Iuris, quę eſt, † ut facta nõ pręſumanẽ l. in bello §. facta, uerſ. codicilli infra, de cap et poſtliminio reuerſ. Sed ſolẽnitas extrinſeca eſt quid facti, ut ſupra dictũ eſt. Ergo nõ debet præſumi etiã ex diuturnitate tẽporis. Et quãdo quis habet regulã, debemus illã amplecti & exceptionẽ nõ admittere, niſi per textũ expreſſum uel uiuã rationẽ argumẽto l. ſi uis quoq;, de hęre. inſt. faciũt eaquæ glo. et Dd. dicũt in l. prima de regu. Iuris. Et c. Venerabilibus uerſ puto quoq;, de ſentẽ. excõ. in 6. Bar. in l. 2. col. 1. ſiquis in ius uoca Pan. in Ru. Vt lite nõ cõteſt. Bal. notabiliter in l. 1. C. de ſacro. Ecel. & l. ſi Tutor C. de ſer. hę. manumiſſ. Quod tenaciter inhærendũ eſt reg. Iuris. Sed tex. d. l. ſi filius, ut infra dicemus, nõ indiſtinctè procedit, ſed tm̃ in caſu illo ſpeciali, ideo ſecundo facit tex. d. l. Quæcũq; §. fi. ſecũdũ cõmunẽ intellectũ licet cõtrariũ ſupra diximus, ubi l. C. generaliter & indiſtincte dicit, qđ ille qui emerit à Pupil. debeat probare ſe emiſſe Tutore autore, nec facit differẽtiam. l. C. an emptor diu ſteterit in emptiõe nec ne, ſed indiſtincte uult tutoris autoritatẽ debere
106. ꝓbari, & ſic ſolẽnitatẽ extrinſecã ꝓbãdã eſſe. † Nã lex indiſtincte loquẽs indiſtincte eſt inteligẽda l. de precio, de pu. l. nõ diſtiguem⁹, de Ar. Et ita iſtũ tex. põderabat Pano. in c. ſignificauit, de cẽſib⁹, & Bal in l. 2. C. de legi. hę. quos refert hic Ia. qui cõtrariũ in hoc tenet nõ tñ reſpõdet add. l. quæcũq; §. fi.

Tertio pro hac ſententia facit tex.c.ſignificauit,& ibi Panor.ubi Sūmus
Pontifex uult etiā in antiqua ſolutione cenſus debere probare autoritatem
Epiſcopi interueniſſe,tanquam ſolemnitatem extrinſecam.

Quarto pondero textū,qui multū uidetur urgere contra iſtā cōmunem 107.
limitationē,c.ordinarij de officio ordinarij,in vi. † ubi Pontifex mandat
ordinarijs,ut eorū Diæceſes purgent,& ſi reperiant Clericos plura benefi⸗
cia incompetibilia retinere contra ſacros Canones c.de mulcta de præben.
abſq; ſedis Apoſtolicæ permiſſione,quod tūc illis præſignant terminū ad
probandā diſpēſationē quo elapſo ſi nō probauerint,arceātur à beneficijs,
& non facit aliquam differentiam Pontifex an breui tempore uel diu in
poſſeſſione fuerint,& tamen diſpenſatio eſt ſolemnitas extrinſeca.

Quinto facit. † Nam quando tractatur de maximo pręiudicio et diutur 108.
nitate tēporis,nō pręſumitur ratificatio l.nullo C.de rei uendica.et ita Bar.
in quęſtiōe ſua incip.Mulier habēs amplū patrimoniū,quē ſequitur Alex.
conſ.12.uol.4.Raph.fulgoſ.l.prima C.Qui admitti.Et facit optimè tex. c.
peruenit,de emp.& uendit.cū ſua glo.quā ibi reputat menti tenendam eſſe
Imola.Et quādo tractatur de maximo pręiudicio etiā ex diuturnitate tēpo⸗
ris nō præſumantur ſolēnia ultra deducta,ita uoluit Alex.cōſ.primo lib.1.
col.pen.in cōſ.79.lib.primo in conſ.præalleg.12.ad finē & 17. nu.8.& 133.
co.li.primo.Socin.in cōſ.270.et 254.Decius,c.primo in prima lect.de illi.

Vltimo cōtra hanc cōmmunem limitationē urget uiua ratio. † Nam ſi ex 109.
inſpectione Inſtrumēti apparet,quod nō interuenerit ſolēnitas extrinſeca
neceſſaria, utputa in alienatione rerū minoris nō interuenit Tutoris auto⸗
ritas,nec decretū Iudicis,& in alienatione facta per Prælatū nō interuenit
cōſenſus Capituli,adparet manifeſte quod nō interuenerūt. Nā uериſimili
ter. Notarius nō omiſiſſet. † Cū de omnibus quæ geſta ſunt in eius pręſen 110.
tia debeat deponere §. ſi uero adſunt.Auten.de hęred.& falcid.& §.ſi uero
Auten de Tabell.Et ita in terminis uoluit Paul.Caſtr.cōſ.50. † Quod nō 111.
pręſumātur ſolēnia , ſi ex facie Inſtrumenti apparet nō interueniſſe, cuius
dictū ſequitur Alex.pręalleg.cōſ.primo li.primo.Et idē cōſuluit Iaſon ſibi
cōtrarius conſ.140.col.2.uerſ.idē ex inſpectione li.4.Et ita tenēdo ſupereſt
tantū reſpondere ad tex.d.l ſi filius & ad tex.d.l.qui in aliena.in prin.uerſ.
ſed ſi adierit , de acqui.hær.quę iura idē dicūt per quę iura Dd.hic & in d.l.
qui in aliena,hāc ſententiā tenuerūt,ut ex tēporis diuturnitate ſolēnia præ⸗
ſumātur,& ad iſta iura reſponderi poteſt,prout reſpōdebat Panor.d.c.ſi⸗
gnificauit & Bal.l.2.C de leg.hæ.Quod illa iura loquūtur de actib. geſtis
inter parentē & filiū.Et ex quo parēs & filius una & eadē perſona reputā⸗
tur, † quia uox filij uox patris,& è cōuerſo.§.ei uero in Inſtitu.de inuti.ſti⸗ 112.
pu.l.fi.C. de impube.& ali.ſubſt.cū ſimi.ideo nō mirū eſt ſi pręſumātur.
Sed iſta reſpōſio nō tollit obiectū.Nā illud quod dicitur † quod pater & fi 113.
lius una & eadē perſona reputētur procedit fictione iuris quantū ad diſpo
ſitionē iuris,ſecus uero quantū ad ea quę ſunt facti,quia factū eſt diuerſum
in perſona patris à facto filij & in factis diuerſimode lex cōſiderat cū licet
ſerui ſint inhabiles quātū ad iuris diſpoſitionē.l.quid attinet, de regu.iu.
l.ſerui,de act.et oblig.l.nec ſeruus,de pecu.tū ſeruus capax eſt eorū quæ

ſunt facti §. ſed cum factũ, inſtitut. de inuti. ſtipulat. Sed ſolẽnitas extrinſe-
ca eſt quid facti, ut ſupra dictũ eſt. Ideo ꝑ diuerſis perſonis habẽtur, prout
adparet in ſeruo, cũ ipſe ſit capax facti, licet non iuris §. ſed cũ factũ Inſt. de
inut. ſtip. reſpõſio ad l. ſi filius. Ideo alio modo reſpõderi poteſt ad d. l. ſi fili
us, qđ ideo ibi ſolẽnitas extrinſeca à lege introducta eſt, ut pręcedat man-
datũ parentis in adeũda hæreditate per filiũ. l. ſi quis mihi bona. §. Iuſſum
de acqui. hæ. quia hoc reſpicit cõmodũ & utilitatẽ parẽtis, nec in poteſtate
filij ſit obligare inuitũ parẽtẽ hęreditati d. l. qui in aliena. in prin. de acq. hę.
Hinc eſt quod in d. l. ſi filius ſi ipſe adierit hęreditatẽ abſq; mãdato patris, ſi
tñ diu retinuerit patre ſciẽte & patiẽte, quod tũc lex præſumit parentẽ ratã
habere illã aditionẽ, ex quo de eius cõmodo & utilitate tractatur, & illa ra-
tihabitio tacita habet uim taciti mãdati pręcedẽtis. Hinc eſt quod tex. ibi fin
git et pręſumit illã ſolẽnitatẽ extrinſecã à lege introductã. Quod ſecus eſt ſi
eſſet ſolẽnitas quę nõ reſpiceret cõmodũ alicuius, exempli gratia in tutore.
Nã lex introduxit quod in alienatione rerũ pupilli interuenire debeat tu-
toris autoritas & decretũ iudicis l. lex quæ C. de Adminiſt. Tut. cũ ſimili-
bus. Iſta ſolẽnitas reſpicit cõmodũ pupilli, nõ aũt Tutoris, & ideo ſi quis e-
merit rẽ à pupillo abſq; Tutoris autoritate & decreto Iudicis, etiã quod ſci
uerit Tutor, ex quo nõ tractatur de eius cõmodo, lex nõ præſumit eius uo-
luntatẽ interuenire. Quod ſecus eſt in terminis d. l. ſi filius, & iſte eſt uerus
intellectus ad textum d. l. ſi filius & d. l. qui in aliena uerſ. ſed ſi adierit.

Intellectus Bar. ad d. l. ſi filius à ne-mine adduc. qui uere declarat d. l.

Et iſtũ intellectũ ante oẽs poſuit Bar. cuius Dd. non faciunt mentionẽ in
quæſtione ſua diſputata incip. Mulier habẽs amplũ patrimoniũ col. fina.
& iſtũ intellectũ Bar. ad d. l. ſi filius ſequitur. Alex. cõſ. 12. uol. 4. incip. Viſo
& diligenter cõſiderato col. pen. & cõſ. 111 eod. li. 4. col. pen. & idem uoluit
Raph. Fulg. l. prima C. Qui admitti. licet de Bar. nõ faciebat mentionẽ &
eundẽ ſequitur Iaſ. ſibi cõtrarius hic in conſ. 54. li. 4. & eundẽ intellectũ ſe-
quitur pręceptor meus Decius d. l. 1. C. Qui admitti col. 8. in prin. qui addu
cit Bar. in præallegato loco. Et hoc modo tenẽdo ex ſupradictis quis diſtin
114. guendo poſſit dicere. † Quod aut eſt ſolẽnitas, quæ reſpicit cõmodũ alte-
rius uel damnũ, et tũc iſto caſu ſi interuenit ſciẽtia & patiẽtia cũ tẽporis diu
turnitate, quod iſto caſu ſolẽnitas extrinſeca pręſumat̃, et ita procedat tex.
d. l. ſi filius & glo. cõmuniter approbata per Dd. l. pen. C. cõmu. diuid un.
115. ubi dicitur. † Quod ſi fratres diu retineãt bona pro diuiſo, quod pręſumat̃
facta diuiſio inter eos, Dd. in l. qui Romæ §. duo fratres infra eod. eò quia
talis ſolemnitas extrinſeca inuenta eſt ad cõmodũ illorũ. Et hoc modo pro
cedãt adducta hic per Iaſ. quod tñ, intellige ſi retinẽtes bona pro diuiſo ha-
buerint partes æquales, ſecus uero ſi inęquales, ita uoluit ſingul. Bal. in d. l.
pen. C. cõmuni diuidun. Zaſius in cõſ. 5. col. 7. in fine lib. 1. ubi plura con-
gerit de diuiſione inter fratres. Et ideo ſi Monachi uel perſonæ Capituli
ſciant & permittãt emptorẽ bonorũ Eccleſiaſticorũ diu retinere, quod iſto
caſu pręſumãtur oẽs ſolẽnitates interueniſſe propter patiẽtiã & tacitũ eorũ
116. cõſenſum ex diuturnitate tẽporis. † Et ideo ſi clericus diu retinuerit benefi-
ciũ ſciẽte & paciẽte Epiſcopo præſumatur rite inſtitutus, ex quo illa ſolẽni-
tas extrinſeca reſpiciebat cõmodum Epiſcopi, & ita procedat dictum A-

retini

retini in conſ.ſuo 36.incip. caſus talis eſt, ubi conſuluit in Teſtamento cō
dito per Cardinalē Senenſem,† quod ex quo Teſtamentũ erat antiquum 117.
quod præſumeretur, quod autoritas pontificis præceſſiſſet. Si uero eſſet ſo
lemnitas, quæ non reſpiceret commodum & utilitatē uel damnũ alterius
utputa in tutoris autoritate, quæ non reſpicit commodum ipſius Tutoris,
neq; damnũ, & tum iſto caſu diuturnitas temporis nullo modo operetur
circa præſumptionem ſolemnitatis extrinſecæ, & ita procedat textus in. d.
l. Quæcumq;. §. fina. cũ omnibus alijs Iuribus diſponentibus ſolemnitatē
extrinſecam non eſſe præſumendam, ad quē tex. Dd. hic non reſpondent.

Poſita communi ſententia pro uera not. quod iſta præſumptio quæ re-
ſultat ex tēporis antiquitate non ſit Iuris & de Iure ſed Iuris duntaxat adeò
ut in cõtrariũ poſſit admitti probatio, per not. in. d. l. ſiue uti poſſidetis &
fac. tex. in. d. l. Iuris gentiũ. §. quod fere. & probatur in ſpecie per Butriũ
& Panor. in c. quoniã cõtra, de probat. Et Ioh. And. in Tract. de ſentē. §. ut
autē, uerſ. & noto ubi concludunt ex inſpectione actorum, negatiuam poſ
ſe probari. Et uide Socin in conſ. 46. col. 9. uerſ. Sed clare. lib. 4. Item
præcedentibus præſuppoſitis dicebat notabiliter Alexan. hic † hoc non 118.
procedere in mandato, ut ex temporis diuturnitate præſumeretur ad-
ducēdo ſingulare dictum Bal. in. l. 2. uerſ. quæro quid ſit dominus. C. ſi ex
falſis inſtrumentis, ubi uoluit etiam per mille annos non debere præſumi
mandatũ, hoc idem dicit in. l. 1. C. de reb. alien. non alienan. & licet Bal. in
hac lege ab omnibus allegetur, hoc non dicit ibi Bal. in lectura noſtra,
et hoc idem tenuit Alexan. in. d. l. qui in aliena, ita limitando ſupra dictã
communem limitationem, & ita communiter ſeruatur dictum Bal. licet
Iaſon hic ponderauerit textum in contrarium in d. l. ſi filius ubi manda-
tum parentis ex temporis diuturnitate præſumitur & dicit, quod nun-
quam uidit bonum reſponſum ad illum textum. Tu autem dicas, ut ſu-
pra dictum eſt, quod ille textus loquitur in caſu ſpeciali & in ſuis termi-
nis, ut ſupra latè dictum eſt, & dictum Bal. in. d. l. ſecũda. C. ſi ex falſis in-
ſtrumentis ſequitur Socinus in conſ. 254. col. pen. & iſtam eſſe commu-
nem ſententiam fatentur Alexan. hic & Felyn. in. c. ſicut. de re iudica. col.
20. uerſ. ſexto animaduerte, & ita Brunus in ſuo tractatu, de ſolemnitate &
forma ſuper membro, de probatione & præſumptiõe formæ col. 11. uerſ.
prædicta perſtringuntur per Alexan. hanc eandem ſententiam eſſe cõmu-
nem aſſerit nouiſſime Maria. Socin. iunior noſtris temporibus Iuris lu-
men in conſ. 56. in prin. lib. 2.. Quod an ſit uerũ, remitto me ad ea, quę late
deducit Curtius Senior in conſ. 77. col. antepen: & pen. ubi late probat fal-
ſum eſſe dictum Baldi, qui mouetur ex capite ſuo abſq; lege & ratione, &
profecto non uideo rationem diuerſitatis poſita cõmuni ſententia, quod
ex antiquiſſimo tempore præſumatur ſolemnitas extrinſeca, cum hoc non
habet locum in mandato, Bal. in prædictis locis nullam rationē ſpecialita-
tis adducit, neq; adducere poteſt, cur ergo debemu slimitare ſupradictã cõ
munē limitationem, & quod non mutatur, cur ſtare ꝓhibetᷣ argumēto. l.
ſancimus. C. de teſta. & l. præcipimus C. de Appella. cum ſimilibus; Imò
in ſpecie probatur, quod mandatum etiam præſumi debeat ex cauſa, pro-

ut eſt textus in. l. fina. Pro emptore, ubi ex uериſimili cauſa & credulitate mandatum probatur, & ipſemet Bal. fuit ſibi contrarius conſulendo in conſ. 289. incip. Inprimis uidendum eſt col. 4. uerſ. Quo ad ſecundum lib. ſecundo & ideo cum ſit ſibi contrarius, non faciendum eſt fundamentum in dicto illius, non mouetur lege neq; ratione, & propterea non debemus curare autoritatem illius, & ita etiam Deci. præceptor meus uidetur recedere à ſententia Bal. in. l. prima. C. Qui admitti col. 8. uerſ. Vnum tamen notandum eſt, hoc etiam conſulendo dixit in conſ. 36. incipi. pro tenui col. 4. lib. primo.

Sed poſito & non conceſſo, quod uera ſit ſententia Bal. & communis, nihilominus patitur aliquas reſtrictiones, quæ multum uobis prodeſſe poterunt in facto, quando caſus contingeret. † Prima eſſet, niſi ex aliquibus coniecturis hoc conſtare poſſet, exempli gratia, ſi in Inſtrumento diceretur de mandato talis ut conſtat in inſtrumento rogato à tali Notario. Nam tunc non dubium eſſet ut mandatum præſumi deberet propter aſſertionem factam per Notarium, & ad hoc faciunt ea, quæ ſupra dicta ſunt, ut ſolemnitas extrinſeca præſumatur, quotieſcumque in inſtrumento facta eſt mentio & potuerit interuenire tempore confecti inſtrumenti per. d. l. primam cum ibi notatis per glo. C. de fide inſtrumentorum & iure haſtæ fiſcalis lib. 10. cum alijs adductis per Bar. & Dd. ut ſupra dictum eſt. † Et nominatio mandati multum operatur, ut in ſimili dicit Bar. in. l. prima. C. de Tranſact. & in l. Acta, de re iudica. Im. in. c. cum in Iure. de officio delegati, & hæc coniuncto tempore antiquitatis, alias nominatio mandati in alio Inſtrumento non opeR araretur per. d. Auten. ſi quis in aliquo. C. de Edendo. Faciunt etiam ea, quæ Dd. communiter uolunt in. d. Auten. ſi quis in aliquo. † quod diſpoſitio. d. Auten. non habeat locum, quando ſumus in antiquis, & de inſtrumento facta ſit mentio, etiam quod non producatur nihilominus propter temporis antiquitatem creditur. Item optime faciunt ea, quæ Bal. Sali. & Alexan. & Iaſon ibi latè dicunt in. l. cum aliquis. C. de Iure delib. † quod licet uerba enunciatiua non probent. l. ex his. C. de teſtamē. militis. Bar. latè in. l. ex hac ſcriptura, de donat. tamen in antiquis probant, prout etiam latè deducit Curtius Senior in præallegato ſuo conſilio 77. & ſecundum hanc limitationem, quæ iuri conſona eſt, ut ex coniecturis & indicijs mandatum præſumi debeat, uidi pluries obſeruatum fuiſſe à dominis meis Rotæ Romæ, dum Romanam aulam ſequebar.

123. Secunda limitatio eſſet, † niſi eſſet talis perſona integræ famæ & ſingularis probitatis, quæ nomine & mandato alterius exercuiſſet actum, tunc præſumeretur mandatum, ita uoluit Decius in conſilio præallegato 36. lib. primo & Iaſon hic ponit in limitationibus num. 5. licet non loquatur circa mandatum, & adducit duo Iura ſingularia in. l. ſi res pupillaris, in uerbo celeberrimus, de adminiſtra. Tuto. & in. l. in bonæ fidei. de rei uendica. per quem textum Ange. ibi refert, quam plures arcium præfectos ſiue quos uulgus appellat caſtellanos abſolutos fuiſſe propter eorum officium.

Tertia eſt notabilis, limitatio ad dictum Bal. ſecundum quam pluries
uidi Romæ fuiſſe iudicatum, & in facto ego obtinui, † quando eſſet a- 124.
ctus, qui expoſtularet impẽſam, exẽpli gratia in litibus ſuſtinendis, tũc in
dubio præſumitur actus factus ab eo, cuius intereſt, & qui de hoc habue-
rit ſpeciale mandatum, uehementiſſima eſt iſta præſumptio, ut ille haberet
mandatum, nec ueriſimile eſt, quod ille fruſtra & inutiliter uoluiſſet face-
re impenſas abſq; mandato, quia nemo præſumitur uelle iactare ſuum. l.
cum de indebito, cum ſimilibus, de probat. Et ad hoc optime facit, quod
uoluit Bar. & ibi Alexan. & alij in. l. cum ſeruus. eod. tit. noſtro. & ita in ſpe
cie hoc uoluit Aretin. in. c. primo. col. 4. uerſ. tu autem, de Iudicijs. ſecu-
tus eſt Curtius Senior in præalleg conſ. 77. col. pen. & ante omnes ita uo
luerunt dñi de Rota in antiquis deciſ. 3. in tit. de cauſa poſſeſſ. & proprie.

Mandatum præſumitur licet nõ probetur quando actus requirit impẽſam.

Sed quia ex ſupradictis deciſum eſt ſecundum communem ſententiã ex temporis diuturnitate ſolemnia extrinſeca præſumi, uidendum eſt quando dicatur tempus antiquũ, circa hoc. Dd. diuerſa ſtatuerunt. Prima fuit ſententia Ant. de But. in. c. ueniẽs, primo, de teſti & in. c. quid per nouale, de uer. ſign. 40. annorum tempus antiquitatem inducere, hoc idem aſſerebat Gemi. in. c. primo, de reſcript. in. 6. & ſequebatur Alex. in conſ. 4. uol. 2. incipi. uidetur in ſpecu. col. 9. & idem Alex. in conſ. 187. lib. 2. incipi. in cauſa & lite, col. 3. & in conſ. 70. uol. 2. incipi. in cauſa uertente. Secunda ſententia fuit ut tempus antiquũ cenſeretur quando excedoret. 100. annorũ ſpacium, cum hominis ætas ad huiuſmodi ætatem à lege ſit præfixa. l. fi. C. de ſacroſan. Eccleſ. l. annuus uſufructus, de uſufruct. Ita dixit Inno. poſt plures. Dd. ſententias relatas in. d. c. ueniens, de uerſ. ſign. & Specu. in tit. de probat. §. primo uerſ. ualet etiam, & in uerſ. & noto. & ita Imo. Panor. in. d. c. ueniens & Imo. in. l. 2. §. labeo, de aqua plu. arcen. & hanc ſententiam ſequutus eſt Alex. ſibi contrarius in pluribus conſilijs in conſ. 45. incipi. uiſo themate ſupra ſcripto col. 3. in fine lib. 3. & in cõſ. 75. incipi. Viſis & ponderatis in Themate. 2. & 3. col. & in conſ. 12. incip. uiſo proceſſu iuxta probabilem conſuetudinem in fine lib. 4. ubi in præallegatis locis aſſerit hanc eſſe communem ſententiam, & in. l. cum aliquis C. de iu. delibe. col. 2. ubi hoc idem atteſtatur Iaſ. & ſimili modo Deci. in conſ. 321. incipi. in cauſa quæ Alexandriæ col. 4. lib. 2. & idem uoluit Aret. in. c. ueniens de teſta. & in conſ. 26. incipi. caſus talis eſt. Tertia fuit quæ mediam partem ſeruabat ut nõ tempus. 100. annorũ attendi debeat neq;. 40. annorum ſpacium ad inducendam antiquitatem & facit, pro hac ſentẽtia procedere argumentũ à ratione ceſſanti, quod firmũ eſt in iure, iuribus uulgaribus. Nam cõmunis ſententia recipit fundamentum in. d. l. fi. C. de ſacroſan. eccleſ. & in. d. l. an uſufructus, cum hodie ut experientia docet quæ eſt rerũ magiſtra. c. ubi periculũ, de regu. iu. in 6. uideamus continuo hominũ ætatẽ decreſcere ut raro contingat homines noſtris tẽporibus ad ætatẽ. c. añorũ peruenire & plerũq; hoẽs ad. l. & 60. añorũ ætatẽ perueueniãt. Ideo reſtringatͬ ſupradicta cõmunis ſentẽtia, ita ſingulariter uoluit Soc. in cõſ. 89. col. 3. lib. 1 & refert plures clariſſimos. Dd. cõſuluiſſe tẽpus. l. añorũ inducere tẽpus antiquũ, et huiuſmodi ſentẽtiã tãq; æquiorẽ et naturalẽ ſæpiſſimè dũ in urbe uerſarer ſacri Romani auditorij Dños uidi ãplecti, &

in ſpecie in una cauſa Bononienſi inter Ghyſilerios & Benteuolos coram R.P.Neocaſtren. & bis uidi conſultum fuiſſe per noſtrum Ingolſtadienſe collegium. Quæ omnia ſunt menti tenenda quando caſus in praxi contingeret.

125. Quarta limitatio eſt ad regulam extrinſecæ ſolemnitatis † quod præſumenda ſit ratione probitatis perſonæ exercentis actum, Panor.in.c.niſi eſſent,de præbend.per illum textum & faciunt.d.l.ſi res pupillaris &.l.in bonæ fidei, ſupra adductæ.

126. Quinta eſt limitatio, † ut non procedat in ſolemnitate extrinſeca conſueta communiter,& ut plurimum interuenire, ita Aretin. hic notabiliter limitabat hanc regulam adducendo textum in l. Quaſi nolit. ·.aſſiduo, de Aedilit. Edicto. quam limitationem multum cõmendat Zaſius hic, ſed ante Aretin.hoc dixit Bal.in Rub.C.de fide Inſtr.adducendo textum in.l. fina in fine. C. de fideiuſſ. iuncta glo. ibi.l u autem optimum textum adde in.c.ſicut,de re iudicata,ubi expreſſe ſummus Pontifex uult, Quod ſi conſuetudo eſt in illis partibus,quod in ſententia non adponantur cauſæ,propter quas motus fuerit Iudex ad pronunciandum,tamẽ quod præſumantur propter communem conſuetudinem loci,ſed Iaſon ut ſupra diximus in primo notabili,& hic dicit.Quod ſi uerum eſſet dictũ Bal & per conſequens iſta limitatio,profecto deſtrueretur tota materia ſolemnitatis extrinſecæ,quod non eſt dicendum,& iſta reſponſio,licet Iaſon non dicat, fuit prius Felyn in.d c.ſicut,de re iudi.& patet.Nam ſi hoc eſſet uerum,ex quo plerumq; & communiter in omni alienatione rerum pupilli ſolitum eſt,ut interueniat Tutoris autoritas quod deberet præſumi,quod tamẽ eſt falſum, ut patet in.d.l. Quæcumq; §.fina.ubi.I.C.omnino de neceſſitate uult probandam eſſe tutoris autoritatem in contractu pupilli interueniſſe, nec aliquam habet rationem.l. C.an ſit ſolita nec ne.Sed indiſtinctè.I.C. uult illam ſolemnitatem extrinſecam probandam eſſe. Sed circa hanc limitationem remitto me ad ea quæ dixi in primo notabili, ubi declaraui, quomodo debebat intelligi textus in.d.l.fina.C.de fideiuſſo.

127. Sexto limitatur, † quando pars quæ conuenitur ex contractu negauit contractũ eſſe factum,ſi poſtea conuincatur, de ueritate cõtractus, omnis ſolemnitas etiã extrinſeca præſumitur in odium negantis per regulam Auten. Qui propriam C.de non nume.pecunia, & in ſimili facit textus in. l. cũ indebito,de probat.& ita Bal. dicebat in.l.prima circa finem.C. de fideicommiſſ. & ratio eſt. Nam ex quo mendax eſt,omnes leges contra ipſum clamant.Facit Regula. Quod qui facit contra legem fruſtra legis auxilium implorat,& in iſtis terminis optimè facit textus in.§.fina. in Inſt.de fideicommiſſ.hæreditate. Quod quandoq; in odium mendacis ſiue negantis relictum in uoluntate minus ſolemni, Quod ſi ſibi deferatur Iuramentum,& hæres nolit iurare, deinde hæres conuincatur per teſtes, quia probetur fuiſſe relictum,tamen debetur illud relictum,licet non eſſet ſolemne,& hoc in odium hæredis negantis.

128. Septimo limitatur † in Iudice exercenti actum Iudicialem. Nam tunc præſumitur ſolemnitas extrinſeca.l.ab ea parte in ij.reſponſo, de probat.

& iſta

& iſta eſt regula, quæ ſemper ad hoc propoſitum adducitur, quod ſemper pro iudice præſumatur, prout dicit textus in l. Herennius, de euict. bonus eſt textus in l. ſicuti. de re Iudica. ubi textus expreſſe uult, omnia ſolemnia extrinſeca præſumi in ſententia. Verum iſta limitatio ampla eſt, & multas ſublimitationes reciperet, ideo remitto me ad ea, quæ latè tradunt. Dd. in c. Quoniam contra, de probat. & ita etiam hic Papienſes ſe remittunt. Et iſta eſt communis ſententia quod in dubio inter poſita iudicis autoritate omnia ſolemnia præſumantur. l. ſed ſi præſes Et. l. ſiquidem C. de prædi. mino. Et qui uult cōtrarium probare deducere debet, ita Bal. in l. quæcumq; §. fina. de public. ubi ita intelligit nota. in d. l. 1. C. de fide inſtru. Et iu. haſtæ fiſ. lib. 10. Et ita conſuluit Bal. in conſ. 41. incipi. primo quæritur. Et ita Soc. 115. col. 2. lib. primo.

Octauo etiam limitatur non procedere ſupradictam regulam † in libello in quo eſt neceſſe adducere ſolemnitates extrinſecas, ita uoluit Matheſ. in notabili 12. & adducit notata per Bar. in l. prima de Edendo, uidelicet quod in libello non ſit neceſſe exprimere nomen actionis. Nam ſatis eſt ut fiat talis expreſſio, per quam ius agendi intelligatur per c. dilecti, de Iudicijs, & hanc limitationem Cumanus hic ante ipſum Matheſ. annotabat. Sed iudicio meo iſta non eſt propriè limitatio. Nam licet non teneatur exprimere libellans ſolemnitates extrinſecas in libello, tamen in probationibus neceſſe erit probare omnes ſolemnitates extrinſecas ad hoc ut poſſit obtinere, † alias non probante Reus abſolueretur l. 2. cum ſimilibus C. de edendo, & ſic non ſumus in caſu, ubi abſolutè ſolemnia præſumantur. 129. 130.

Nono limito, & hæc limitatio eſt nōtabilis & quotidiana, uidelicet, † quando iuratum eſſet in ipſo actu, quia in Inſtrumento iurauit, omnia & ſingula contenta in Inſtrumento eſſe uera. Item iurauit non contra uenire, tunc ſtantibus iſtis ſolemnitates extrinſecæ præſumerentur propter uirtutem Iuramenti, ita uoluit notabiliter Archidiaconus in c. Quamuis, de pact. in 6. Et iſtud dictum Archidiaconi ſecutus eſt Butr. in c. ſi diligenti, de foro competenti. col. 9. uerſ. in quantum dixi, ſequuntur hic hanc limitationem Alexan. & Iaſon, licet dicat, quod iſta limitatio indigeret altiori indagine. 131.

Iſta limitatio licet non habeat contradictorem uidetur tamen mihi periculoſa, & de iure non poſſe procedere, & contra iſtam limitationem facere uidentur ea quæ latè deduxi in ſimilibus clauſulis in l. ſtipulatio hoc modo concepta, eodem titulo noſtro. An donatio poſſet reuocari prætextu ingratitudinis, quando dictum eſſet. iurauit omnia & ſingula eſſe uera. Nam diximus tales clauſulas non alterare nàturam contractus. Item facit, quia tale Iuramentum per illas clauſulas generales hoc modo traditum non debet aliquid operari præter mentem ipſius iurantis. Nam iurauit omnia & ſingula contenta in Inſtrumento eſſe uera, ſed ſi in Inſtrumento non apparebat, quod tales ſolemnitates interuenerint, utputa

Sententia autoris contra omnes ut nō præſumatur ſolemnitas in inſtrumē. etiā, quod interuenerit iuramētū dicē do omnia & ſingula, &c.

tutoris autoritas, conſenſus Capituli, & ſimilia. Ergo nullo modo iſtud
Iuramentum poteſt referri ad id quod non erat contentum in Inſtrumen-
132. to, & præter mentem ipſius iurantis. † Nam Iuramentum nihil opera-
tur, ubi deficit conſenſus l. fina. & ibi gloſ. & Doctores C. de non nu-
mera. pecunia. l. fina. Qui ſatiſdare cogantur l. fina. ad Municipa. Item
facit id quod ſupra dictum eſt ſecundum Alber. & omnes, quod illud,
quod dictum eſt, quod ſolemnitas extrinſeca præſumatur, ſi in Inſtru-
mento facta eſt mentio, & potuerit interuenire tempore confecti Inſtru-
133. menti d. l. prima cum ibi notatis per gloſ. C. de fide Inſtrumen. † non
procedit, ſi generaliter facta eſſet mentio de clauſulis generalibus per No-
tarium quod omnes ſolemnitates extrinſecæ neceſſariæ interuenerunt, ſed
oportet, quod ſpecialiter fiat mentio per Notarium in Inſtrumento de ſo-
lemnitatibus extrinſecis. Sic ergo in propoſito, cum iſtæ ſint clauſulæ ge-
nerales, ideo nullo modo operantur præſumptionem ſolemnitatum ex-
trinſecarum per dictum Bar. in l. Titiæ textores, de Legat. primo. Item ſi
uera eſſet iſta limitatio, confunderetur tota materia, cum in omnibus con-
tractibus communiter Notarij ſoleant adponere tales clauſulas, quandoque
præter mentem contrahentiũ ex communi uſu & Stylo, prout etiam ſu-
pra dicebamus circa l. fina. in fine C. de fideiuſſ.

Decimo limitatur prædicta regula negatiua, ut ſolemnia extrinſe-
134 ca non præſumantur † ut non procedat, quando proceſſus eſſet
factus contra contumacem, utputa quia repertus à Nuncio dixit ſe nol-
le comparere, per notata per glo. & ibi Bar. in l. fina. de Reſtitu. in Integ.
& ratio iſtius limitationis in odium contumaciæ eſt ſimilis ſupra dictæ
rationi, quæ eſt in odium mendacij. Circa hanc Regulam plures aliæ li-
mitationes adſignari poſſunt, quas breuitatis cauſa omitto. Brunus in
Tractatu ſuo de forma & ſolemnitate, in mẽbro de prõbat. & præſumpt.
formæ & ſolemnitatis ultra prædictas limitationes aliquas addidit, re-
mitto me ad illum.

135. † Vndecimo limitatur non procedere in teſtamento inter liberos con-
dito, nam licet clauſula codicillaris non præſumatur niſi appoſita fue-
rit. l. cohæredi §. cum filiæ, ibi niſi hoc expreſſum eſt, de uulga. & pupil. l. ſi
miles, de teſta. milit. tamen inter liberos præſumeretur iſta ſolemnitas ex-
trinſeca aurea & ſingularis eſt glo. in d. l. cohæredi §. cum filiæ, in uerbo nõ
ualuit, quam glo. communiter. Dd. ſequuntur ibi ut per Alex. & Iaſ. Et eã
plurimum extollit Imo. & idem dixit Ant. But. in c. Raynucius, de teſta-
136. men. Et latè dixi in l. Centurio, de uulg. et pupil. ubi † nouiter in hac ſpe-
cie attentabam dare conſilium ſiue remedium ne ſolemnitates ſiue clau-
ſulæ à notario appoſitæ operarẽtur ut ſi Notarius uiueret qui rogatus fue-
rat interrogaretur de robore & efficatia prædictarum clauſularum. Et ſi il-
le ignoraſſet uim & efficaciam ut tunc præſumi non debeant ſi appoſitæ
non ſint. Et ſi appoſitæ nihil operari, nam appareret manifeſte illas clau-
ſulas appoſitas fuiſſe præter mentem & partium intentionem ita ſingula-
riter uoluit Alber. de Roſa. in l. fi. C. ad Vellei. Et ita ibi Alex. ibi in ap-
poſtillis

Not. conſilium non ſolemnitas à Notario eſt expreſſa operetur.

poſtillis ad Bar. Et hoc idem dixit Deci. in conſ. 205. col. 4. lib. 2. Et iſtud conſilium multum extollit Bertran. in conſ. 77. in prin. lib. 2. incip. difficultas. Sed quia melius cadit iſta inueſtigatio an bonũ ſit huiuſmodi conſi lium traditum per Albericum in præallegata. l. fina. C. ad Velleia. ideo remitto me ad ibi dicendum, unum tamen non omittam, quod clauſula codicillaris pleruncꝫ per Notarios cenſetur appoſita ex quodam commu ni imperitorum ſtilo ꝙ ex teſtatoris ſententia prout dicebat Bar. in l. prima quæſti. 6. de iure codicill. Et ſequitur Alexan. in conſ. 52 incipi. circa preſentem col. 6. lib. 4. accedit quod dicebat Curt. in conſ. 50. col. 12. quod clauſula tanquam de feudo nouo et antiquo nihil operatur ueluti præſumatur adiecta de ſtilo & conſuetudine Notarij præter concedentis intentionem. † Nam plures controuerſiæ & lites exoriuntur pro 138. pter Notariorum imperitiam uim & efficaciam clauſularum non intelligentium ut dicebat, Bal. in conſ. 5. lib. 2. & propter eorum imperitiam mundus deſtruebatur. Et Baldi dictum ſequitur Alexan. in conſ. 42. col. 12. uol. primo & in conſ. 48. col. 11. eo. lib. And. ſicu. multa congerit in conſ. 58. incipi. Exordiente col. 10. prima par. Quæ omnia ſut menti tenenda.

Duodecimo limitatur. † Et eſt generalis limitatio ad ſupradictam regu 139. lam, ut illud quod dicitur ſolemnitatem extrinſecam non præſumi. d. l. quæcuncꝫ §. fina. cũ alijs ſupra adductis procedere in ſolemnitate de nouo præſtanda in actu, ſecus uero ſi ſolemnitas ſemel in præterito interueneritquia tunc extenderetur ad actũ factum, ita eſt tex: ſingularis in l. tutor rerum, de admi. tuto. uel curato. & ibi expreſſe, Bar. quod ſi uenditio rerum pupilli facta eſt ſolemniter prætoris autoritate & decreto accedente, quæ poſtea non ſortita fuerit effectum poteſt tutor illam rem uenditam ſibi retinere pro eodem precio, necꝫ neceſſe eſt nouum iudicis decretum accedere, & hoc dicit ibi Bar. menti eſſe tenendum & ſingulare. Quod eſt notandum ad limitationem regulæ, de qua in d. l. quæcuncꝫ §. fin. ubi iudicis autoritas, nunquã præſumitur. Et neceſſario probanda eſt, Et d. l. tutor rerum dicit: eſſe ſingularẽ. Ancha. in conſ. 67. incipi. circumſpectis, Et idem Iaſ. in l. filius familias §. diui col. prima, de leg. primo. Et in l. de pupillo §. fin. de ope. no. nunciat. Et Ratio. d. l. tutor rerũ eſt ſecundum clariſſimum præceptorem meum noſtra tempeſtate Iuris Monarcham in l. ſingularia col. 3. uerſ. Et in uno caſu ſingulari, ſi cer. pet. quia ideo tutor poteſt ſibimet retinere rem uenditam, Et ſic non uidetur emptio facta ſe autore contra. l. pupillus §. item ſi tutor, de aucto. tuto. quia illa ſolemnitas contractus celebrati cum alio ſufficit in tutore qui in locum eius ſubrogatur, facit quia ſubrogatum ſapit naturam eius cui ſubrogatur l. ſi quis eum §. qui iniuriarum, ſi quis caut. Dd. late in l. certi conditio §. quoniam igitur ſi cer. pet. Et adducit pro confirmatione ſupra dictorum dominum Bal. per illum textum in l. ſi pupillorum §. ſi pupillus, de reb. eo. quod decretum interpoſitum in re pupilli pignori tradita operatur quod poſtea in uenditionem rei pignori traditæ

Pulcra limitatio eſt non tractata hic per Docto.

non requiratur nouum aliud decretum. Et per d. l. ſi pupillorum §. Si pupillus dixit, Barh. in Aut. hoc ius porrectum col. fin. uerſ. pone Eccleſia. in fine not. C. de ſac. ſanct. Eccleſ. Et Bal. not. in l. 1. C. ſi aduer.
140. tranſact. inquit, † decretum in compromiſſo habere locum in laudo, & aliud non requiratur, & ſequitur Alex. in l. ſi ex legati cauſa, de uer. ob. in l. 1. §. item acquirimus de acqui. poſſeſ. quæ omnia in praxi quotidie contingunt.

Secunda Regula affirmatiua eſt, quod ſolemnitas intrinſeca præſumatur, ut in l. noſtra in §. fina. Inſtitu. de fideiuſſ. in §. ſi ſcriptum Inſti. de Inuti. ſtipula. in l. Iuriſgentium. §. Quod fere, de pactis, & in multis alijs locis, prout per Bar. & omnes Dd. hic.

Limitatur quibuſdam modis iſta ſecunda regula affirmatiua, ſed non patitur tot limitationes.

141. † Et prima limitatio eſt in ſolemnitate intrinſeca materiali. Nam ſolemnitas intrinſeca formalis non præſumitur per textum in §. precium in Inſtitu. de Empt. & Vendit. hoc modo inducendo illum textum, in quantum textus ibi dicit, quod precium neceſſarium eſt, in emptione, & uenditione, & abſq; eo contractus emptionis & uenditionis conſiſtere non poteſt. Item dicit textus. Certum etiam debet eſſe precium in contractu Emptionis. Si ergo debet eſſe certũ preciũ in pręallegato contractu. Ergo ſequitur, quod nõ poteſt præſumi, quia præſumptio eſt ſuper re incerta, ut diximus ſupra in definitione, & in certis non eſt opus coniecturis, l. continuus §. cum ita, infra eodem titulo noſtro. Et iſta limitatio indifferenter ab omnibus approbatur, & late per Alexan. in conſ. 18. incip. Viſo proceſſu cauſæ uertentis inter Antonium, uol. primo & in conſ. 28. incip. Viſo & præhabito col. 2. lib. 2. per quam Doctrinam ultra Dd. hic infertur tenuiſſe Paul. Caſtren. & Alex. in l. ſuus C. de repud. hæred. & Iaſon in l. Tranſactio, C. de Tranſact. in quantum uoluerunt,
142. † quod ſi in Inſtrumento Tranſactionis non eſſet facta mentio quod aliquid datum eſſet, uel retentum ſecundum naturam, & ſubſtantiam Tranſactionis, d. l. Tranſactio & d. l. ſuus, quod non ualeret Tranſactio neq; præſumeretur aliquid datum, uel retentum, ex quo iſta eſt ſolemnitas extrinſeca, quæ non præſumitur d. l. Quæcumq; §. fina. Errant quidem
142. præfati Dd. † Nam illa non eſt ſolemnitas extrinſeca, ſed eſt ſolemnitas intrinſeca materialis, uidelicet, ut aliquid detur uel retineatur, ſicut in contractu Emptionis & Venditionis precium eſt ſolemnitas intrinſeca materialis, dict. §. Precium. Hinc eſt quod non debet præſumi, & eadem eſt ratio in contractu Tranſactionis ſicuti in contractu Emptionis. Nam ſicuti precium in contractu Emptionis non eſt uniforme & propterea non præſumitur, ita etiam datio uel retentio in contractu Tranſactionis non uniformiter conſideratur, cum plus & minus poſſet eſſe datum uel retentum. Quod ſecus eſt in ſolemnitate intrinſeca formali, cum forma ſit uniformis non mutabilis uel uariabilis.

Error Iaſo. et aliorum Dd.

† Poſſet

† Poſſet tamen quis forſan tentare. Quod ſi inſtrumentum Tranſa- 144.
ctionis eſſet antiquum & interueniſſet partium ſcientia & patientia, quod Noua ſententia autoris in tranſactione.
præſumeretur partes receſſiſſe à lite, & quod iuſta fuerit tranſactio, ut
aliquid datum fuiſſet uel retentum, ex quo tamdiu paſſi eſſent tacitè
partes retinere bona, de quibus inchoata erat lis ante inſtrumentum tran
ſactionis, argumento. d. l. ſi filius, & per ea quæ latè ſupra deduximus,
& in hoc propoſito facit quod uoluit glo. ſupra deducta, quæ com-
muniter approbatur in. d. l. pen. C. communi diuidun. ubi uoluit,
quod ſi fratres diu retinuerint bona ſeparata inter eos, quod præſu-
matur facta diuiſio. Et illud quod ſupra dictum eſt per Bartol. hic,
quod ſolemnitas intrinſeca materialis non præſumatur, utputa in pre-
cio, in contractu emptionis. d. §. precium, procedit † quando princi- 145.
paliter tractaretur uel litigaretur ſuper precio. Nam tunc non præſume-
retur, ſecus uero ſi incidenter, exempli gratia, ſi teſtes adducti ſuper pro-
banda præſcriptione dicant, Titium à Meuio prædictam rem emiſſe,
de precio uero non recordari. Nam iſto caſu ualeret depoſitio Teſti-
um ex quo principaliter non litigatur de precio, ita uoluit notabiliter Bal.
in. l. prima. C. de reb. alien. non alienan. & dictum Bal. Raph. Cu-
man. & Alexan. & alij hic ſequuntur, & Alexan. in præallega. conſ. 18.
Faciunt ea, quæ uoluit Bar. & Paulus Caſtr. in. l. ſi duo patroni. §. Mar
cellus ad finem, de Iureiu. Facit etiam dictum Bal. poſt Cyn. in. l. ſi
liberis, in fine, de donat. ante Nupt. † ubi dicit, ualere dictum teſtis depo- 146.
nentis ſe neſcire, quibus uerbis fuerit conceptus contractus, & adde ea,
quæ Alexan. tradit in Rub. de contrahen. empt.

Secundo modo limitatur iſta regula per Bar. & communiter omnes
hic † quando ſolemnitas intrinſeca eſt probanda per teſtes. Nam 147.
tunc niſi expreſſè probent de ſolemnitate per uiam facti non præſumi-
tur, ſecus uero ſi ſolemnitas probatur per inſtrumentum uel ſcripturam
ut hic & in. d. §. fina. Inſt. de fideiuſſ. & in. d. §. ſi ſcriptum &. d. l. Iu-
riſgentium. §. quod fere, ita uoluit glo. notab. in. l. prima. C. de uſu-
ris & in. d. §. ſi ſcriptum, quam glo. ſequitur Bartol. hic, ut diximus
& in. l. ſecunda. C. de fide Inſtrum. & iure haſtæ fiſcalis, lib. 10. Butr.
Panormi. & Immola in. c. ſicuti de ſententia & re iudicata, & idem uo-
luit Felyn. ibi, & ratio diuerſitatis eſt ſecundum Bartol. quia ſi teſtes de-
ponunt Titium ſtipulatum fuiſſe uel fideiuſſiſſe, uidentur deponere ſu-
per his quæ ſunt Iuris, quo caſu potius uidentur iudicare, quam depo-
nere. † Nam teſtes debent deponere ſuper his, quæ percipiuntur ſenſu 148.
& non intellectu. l. Quidam in teſtamento. §. fina. & ibi Bartol. notat
illum textum, de teſtamentis, &. l. teſtium. C. de teſtibus. Innocen in. d.
c. ſicuti de re iudica. & iſta ratio diuerſitatis aſſignata per Bar. inter teſtes
& inſtrumentum communiter recipitur, licet alias teſtes & inſtrumen-
tum à pari procedant. l. in exercendis. C. de fide inſtr. & quod ſtipula-
tio ſit iuris, habes glo. in. l. prima. §. adipiſcimur, in uerbo eam rem, & ibi

Bar. de acqui. poſſeſſ. & notabiliter dicit Bal. in. d. l. prima in 7. col. C.
149. de fide Inſtr. † Quod ſtipulatio habet nomen Iuris & non facti prout
cæteri alij contractus. Nam emptio dicitur, quia emitur, & ſic de ſimili-
bus contractibus, ſed ſtipulatio non denominatur à facto quia non ab eo
nomine, à quo contrahitur, ſed ſibi aſſumit nomen materiale à Iure, &
ſic ſecundum ipſum, qui deponit ſuper ſtipulatione, deponit ſuper Iure,
150. † & ideo ut teſtes deponentes ſuper ſtipulatione ne uideantur deponere

Modus quomodo teſtes probare debeant ſtipulationem.

ſuper Iure ſed ſuper facto debent deponere, qualiter Titius interrogatus à
Meuio reſpondit promittendo, tunc iſto caſu deponunt ſuper facto, uide-
licet ſuper conceptione uerborum. quæ eſt facti, l. quinta. §. ſtipulatio
ſupra eod. & ita Bar. hic dicit, & ita hoc expreſſe ſentit textus in. d. l. pri-
ma. C. de uſuris, ubi Imperator ponit formam, quomodo ſtipulatio
debeat probari, & ibi glo. expreſſe per illum textum dicit. Iſta ratio Bar.
reprehenditur per Roman. & Aretin. ut hic per Iaſonem. Nam ſecundum
ipſos teſtes deponentes ſuper ſtipulatione uirtualiter uidentur deponere
ſuper facto, cum ſtipulatio magis in facto quam in Iure conſiſtere uidea-
tur. d. l. quinta. §. ſtipulatio, & ibi Cuman. ponderabat illum textum con-
tra Bart. hic. Sed prout dicit hic Iaſon & bene Bart. optimum habuit
151. ſenſum. † Nã dato quod ſtipulatio prout eſt in fieri dicatur magis facti,
tamẽ poſteaꝗ teſtes deponũt factam eſſe ſtipulationẽ uideatur magis in-
dicare per iudicium intellectus quam per ſenſum, declarando hoc modo,
quia ex quo deponunt ſuper actu de præterito, & ſic poſteaquam ſtipula-
tio facta erat, uidetur deponere ſuper Iure, quia ſtipulatio poſteaquam de-
ducta eſt ad eſſe eſt Iuris, ut diximus in Rub. ſupra cod. & ideo Teſtes de-
bent deponere ſuper conceptione uerborum ut ſupra dictum eſt. Aretin.
hic poſt Ange. ut refert Iaſon, adſignabat aliam rationem, ut hic per eum,
quæ ratio non diſcrepat à ratione Bar. & eſt ex mente Bar. hic dum di-
cit ipſemet de Notario quod ſtatur contra ſe, quando quis mandauit No-
tario, ut inſtrumentum conficeretur, & ſic potius eſt declaratio rationis
Bartoli, quam noua ratio. Neq; obſtat ratio ponderata per Iaſonem
hic contra Bartol. quia reſpondetur quo dato quod in Notarium cadant
ea, quæ ſunt circa ſenſum corporeum, tamen ipſe deponit de his, quæ ſunt
Iuris, & eius uerba ſonant in Ius, Quod ſecus eſt in teſtibus.

Ex ſupradictis inferri poteſt ad duo ultra Dd. hic, nec alibi reperio di-
ctum primum, quod licet teſtes non debeant deponere de his quæ per-
152. cipiuntur intellectu, ſed duntaxat ſenſu. † Nam poſitionibus Iuris
non eſt reſpondendum, ut Bartol. &. Dd. dicunt in. l. prima ſi cert.
peta. per textum in. l. ornamentorum, & ibi notatur, de auro & argen.
legat. Bartol. &. Dd. latè in. l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque eod. tit.
153. noſtro. † Tamen ſi eſſent teſtes Iuriſperiti, iudicarem illos debere re-

Noua autoris ſentẽtia ſuper teſtibus interrogatis ſup Iuris poſitionibus.

ſpondere in interrogatorijs datis à parte aduerſa, etiam quod concer-
nerent diſpoſitionem Iuris, ſaltem ad non detegendam eorum imperi-
tiam & turpitudinem. Nam ſi interrogati eſſent an uidiſſent Titium
poſſidere, & ſuper hoc articulo depoſuiſſent, ſi deinceps interrogati
eſſent. Quid ſit poſſeſſio, profecto turpe eſſet, ſi eſſent Iuriſconſulti
dicere

dicere ſe non ſcire. Item etiam ſi interrogati eſſent quid eſſet teſtamen-
tum, quid eſſet legatum, & ſic de ſimilibus. Nam prout dicit Imperator
in procemio Digeſtorũ. Turpe eſt patricio uiro, ius in quo uerſaris igno-
rare, nam in Iuriſconſulto non toleranda eſt Iuris inſcitia, & ita mihi
iſte caſus pluries contigit Romæ, dum eſſem examinatus, interroga-
tus fui quæ reſpiciebant intellectum Iuris & oportuit me reſpondere, ni-
ſi imperitiam oſtendere uoluiſſem, Imò dico, quod ſi. I. C. interrogatus
ſuper his, quæ ſunt Iuris, non reſponderet uel diceret ſe neſcire, quod pro-
pter imperitiam in Doctore præſumeretur dolus, ita dixit notabiliter Bal.
in. c. 2. §. iudices. de pace iuramento firmanda.

Secundum eſt quod illud, quod dicitur, quod teſtes non poſſunt depo-
nere aliquem ſtipulatum fuiſſe uel ſideiuſſiſſe, niſi plene ſuper facto pro-
bent. d. l. 1. cum glo. C. de Vſur. † quod hoc procedat, quando principa- 154.
liter deponerent ſuper ſtipulatione uel fideiuſſione, ſecus uero ſi incidenter
deponerent non habita ratione ad ſtipulationem uel fideiuſſionem, exem-
pli gratia ſi amiſiſſem ſcripturam, in qua conſtabat de tua obligatione fa-
cta per ſtipulationem, uolebam probare amiſſionem huiuſmodi ſcriptu-
ræ per teſtes in qua continebatur ſtipulatio, certe teſtes hoc caſu poſſunt
deponere ſuper amiſſione ſcripturæ & in quandam conſequentiam ſuper
ſtipulatione, quia de ſtipulatione principaliter non diſputabatur ſed de a-
miſſione ſcripturæ, † & non eſt attendendum illud, quod uenit in conſe- 155.
quentiam, ſed illud quod principaliter uenit. l. ſi quis nec cauſam, cũ ſimi-
lib. ſi cert. peta. & ad hoc facit optime textus in. d. c. ſicut, de re iudica. ubi
ſatis eſt probare ſententiam eſſe latam, nec de his, quæ in conſequentiam
ueniunt attendendum eſt, & ita Romæ uidi iudicatum, teſtes ſuper amiſ-
ſione ſcripturæ deponentes, in qua erat ſtipulatio rectè probare nec il-
los depoſuiſſe ſuper his quæ ſunt Iuris, cum ſtipulatio ueniebat in quan-
dam conſequentiam, & hæc notanda ſunt ad dicta per Bar. hic &. Dd. in
locis prææallegatis.

Tertio limitatur, † niſi lex expreſſè requirat, quod ipſa ſolemnitas pro- 156.
betur, tunc non ſufficit loco probationis adducere præſumptionem ſolam
ſecundum Ioan. Andr. in d. c. ſicuti, per textum in. c. ſacro. de ſenten. excõ.
& in c. 1. eod. tit. in 6. ubi textus requirit probari per teſtes munitionẽ quæ
ſit ſine ſcriptura, quando Iudex intendit aliquem excommunicare, & hanc
limitationem ſequuntur, Roman. Alexan. & Iaſon hic.

Sed contra hanc limitationem quædam adducit hic Iaſon, † quod imò 157.
præſumptio ſit liquidiſſima Iuris probatio per glo. in. l. ſi tutor petitus. C.
de periculo Tutorũ. l. licet Imperator. de legat. 1. & in propoſito facit text⁹,
quẽ Iaſon hic nõ adducit, in. l. fina. C. de probat. ibi, ueritati locũ ſuperfore
& ſic ſentit textus præſumptiõem Iuris loco ueritatis haberi, quẽ textũ pro
ſingulari notat Iaſon in. l. licet Imperator. Sed ad omnia iſta benè reſpõdet
hic Iaſon, quod præſumptio non eſt proprie probatio, & adducit textũ no-
tabilẽ, qui ad hoc ſemper allegatur in. l. lucius titius, & ibi glo. ſentit. de cõ-
dit, & demõſt. † Facit etiam quia præſumptio nõ eſt probatio, ſed eſt ſpe- 158.
cies probationis, prout canoniſtæ dicũt latè & præſertim præceptor meus
in. c. 1. de probat.

Quarto

159. Quarto limitatur quando † lex requirit actum fieri cum certa ſolemnitate in ſcriptis ad finem probandi quia tunc lex uult, quod per ſcripturam probetur iſta ſolemnitas intrinſeca, non autem quod præſumatur. c. primo, de appellat. in 6. & ita Dd. omnes hic ſequuntur.

Quinto limita prædictam regulam affirmatiuam, quod ſolemnitas in-
160. trinſeca non præſumatur, † quando ſumus in iudicialibus, ſecus in extra iudicialibus, Innocen. in. c. innotuit, de eo qui furtiuè ordinem ſuſceperit, cuius dictum ſequitur, Bal. in. d. l. Quæcumque. §. fina. & Aretin. hic. Iaſon uero quædam opponit, & primo quod in fortioribus dicendum ſit in iudicialibus quam in extraiudicialibus, quia ualidiores actus ſunt iu-
161. diciales quam extra iudiciales. † & multa calore iudicij ſpecialiter inducuntur, adducit textum in. d. l. cum oſtendimus. §. fina. de fideiuſſ. nomina. Item ſecundum ipſum uiua ratione confunditur iſta limitatio, quia ſi ſolemnitas extrinſeca in iudicialibus præſumitur, ut ſupra dictum eſt in limitationibus ad illam regulam. Quanto fortius dicendum eſt in ſolemnitate intrinſeca, ut in iudicialibus præſumatur, cum facilius præſumatur ſolemnitas intrinſeca quam extrinſeca, defendendo iſtam limitationem reſpondetur unica ratione, quod non mirum ſit, ſi in iudicialibus ſolemnitas intrinſeca non præſumitur. Nam ex quo omnia acta Iudicialia debent in ſcripta redigi, ut in. c. quoniam contra, de probat. cum ſimilibus, & ibi latè. Dd. ideo ſi non reperiantur talia ſolemnia neceſſaria in actis ſcripta, manifeſtum eſt ea non interueniſſe ex inſpectione Actorum, ſicuti ſupra diximus, Quod ſi ex inſpectione inſtrumenti apparet ſolemnia non interueniſſe, præſumptio manifeſta eſt, ut nullo modo interuenerint. Nam ſi interueniſſent, utique per Notarium facta eſſet mentio, prout in terminis iſtis conſuluit Paulus Caſtr. in conſ. 2. ſupra allegato.

Vltra limitationes adſignatas hic per Alexan. Aretin. & Iaſon. hic. Sexto
162. to limita, † niſi eſſet ſolemnitas intrinſeca formalis, quæ non ueniret nec ex natura uerborum prolatorum, nec eſſet apta compræhendi. Nam tunc iſto caſu talis ſolemnitas intrinſeca formalis nullo modo præſumeretur, etiamſi eſſet in ſcriptura publica, quod eſt notandum ad limitationem. d. §. ſi ſcriptum & d. l. Iuriſgentium. §. Quod ferè, exempli gratia in hæredis inſtitutione, quæ eſt ſolemnitas intrinſeca formalis, & eſt tanquam caput & fundamentum in teſtamento. §. ante hæredis, Inſt. de legat. & l. iube-
163. mus. C. de teſtamentis, & præſertim in filio, † cum hodie iure nouiſſimo introductum ſit, ut parenti neceſſe ſit Quartam titulo inſtitutionis relinquere in filij honorem. §. aliud quoque capitulum, in Auten. ut cum de appella. cognoſ. Quod ſi ſumus in teſtamento, in quo parens reliquerit filio legitimam, & expreſſe apparet, quod relicta non fuerit titulo inſtitutionis, etiam quod Notarius in teſtamento dixerit, Teſtatorem fuiſſe teſtatum, non tamen ualebit diſpoſitio Teſtatoris, ex quo non obſeruauit diſpoſitionem legis, quam obſeruare debebat. l. nemo poteſt, de legat. primo. l. ardonem, de ope. liber. & non ualeret aliquo modo teſtamentum. Nam introductum eſt à Iure, Quod ſi filio non relinquatur portio hæreditatis titulo inſtitutionis, fiat iniuria filio, ut patet in textu in. §. hæc autem

tem diſpoſuimus in Aut. ut cum de Appella. cognoſcitur. Facit l. multi non note. de lib. & poſth. l. ſi emancipatus la. 2. infra de contra tab. & ſic quotieſcunq; eſſet ſolemnitas intrinſeca, quæ neq; ex natura uerborum prolatorum ueniret, neq; apta eſſet cōprehendi, tunc nullo modo præſumeretur ſolemnitas intrinſeca etiam formalis, & quod plus eſt, etiam quod eſſet in ſcriptura publica, & hæc limitatio, ſi quis bene animaduertat eſt ex mente Bar. hic, & Dd. & eſt tertia ſpecies in ſolemnitate extrinſeca.

Septimo limitatur, † niſi ſolemnitas intrinſeca formalis quæ licet non ueniret ex natura uerborū prolatorum, ut dictum eſt, tamen apta eſſet cōpræhendere, utputa in uerbo promitto, quod licet non ex natura uerborū, tamē aptum eſt hoc importare l. ſciendū §. dictum, de Aedilit. Edicto. repugnaret naturæ contractus, exempli gratia, ſi uerbū promitto eſſet appoſitū in contractu innominato. Nam tunc eo caſu, quod eſſet in Inſtrumēto relatum, tamen præſumptionē ſtipulationis non contineret, quod eſt notandum ad limitationem d. §. ſi ſcriptum. Quæ limitatio approbatur hic per Alex. & alios communiter. Verum quia ſuper hac limitatione in notabilibus dictum fuit, ideo remitto me ad ea, quæ ibi dixi. 164.

Octauo fallit † in nuncio referēte actū propriū non præſumeretur. Bar. & Dd. in l. Quarta §. prætor. col. 2. uerſ. ſi quid debet, de damno infecto. 165.

Et ultimo dicas, quod Regula affirmatiua, ut ſolemnitas intrinſeca formalis præſumatur, non procedit, † niſi ex aduerſo ſpecialiter contrarium probetur. d l. Iuriſgentium §. quod fere, ubi caſus, bene uerum eſt, quod cōtra iſtā præſumptionē Iuris quæ potens eſt, debet deduci fortior & potentior præſumptio, quæ habeat ualidiores uires glo. in l. non eſt uerisimile, cū metus cauſa, & ita dicendū eſt in Notario, ad hoc eſt dictum Specu. in tit. de probat. §. fina. Et ex his omnibus expeditæ ſunt iſtę duę regulæ cū omnibus limitationibus in quibus tota materia legis noſtræ contineri uidetur, prout apparet per Zaſium hic, qui hanc legem in duas parteis diſtinxit uidelicet, in ſolemnitatem intrinſecam & extrinſecam. 166.

Ex dictis Bar. hic infertur. † Quod ſi mulier fideiubendo, uel aliquo modo cōtrahendo iuraſſet, nec fuerit certiorata de remedio ſenatus conſul. Velleiani, quod nihilominus ualeret talis promiſſio iurata, licet ius reſiſtat illam nō obligari per Senatus cōſ. Velleianum, & quandoq; Iure Municipali cautum ſit mulierem non obligari abſq; aliqua ſolemnitate, ut uulgo dicitur Mundualdi prout iure Municipali cauetur Florentino, ut nulla mulier obligari poſſit abſq; conſenſu Mundualdi, qui habetur loco curatoris, & inuentus eſt non ob aliam rationem, niſi ad prouidendum ne mulier lædatur, cum mulieris iudicium fragile ſit. c. forus in fin. de uer. ob. Et plerumq; laborat contra propria commoda, in l. ſi pater, C. de nupt. Et ita Corn. in conſ. 254. col. 4. lib. primo, † & idem ſi minor contraheret & iuraret non contrauenire contractibus geſtis ratione minoris ætatis, quod etiamſi non fuerit certioratus de priuilegio & remedio reſtitutionis in integrum l. prima, & ibi per totum tit. de Reſt. in integ. quod talis minor nullo modo poterit reſcindere contractus, & ita Bar. conſulendo tenuit ut patet in conſ. 90. quod incipit punctus generaliter, & mouetur hoc 167. 168.

169. argumento, † quia ad hoc ut quis obligetur Iuramento, ſat eſt, quod iu-
ret ſuper facto, nec eſt opus ut ille ſciat, adducit textum in l. ſi duo, §. idem
Iulianus & in l. ſi duobus §. ſi quis iurauerit, de Iureiu. ita ſic eſt ex quo
minor iurauit non contrauenire ratione ætatis, uidetur renunciaſſe omni
remedio prouenienti ex illo facto, & refert hic Bar. in iſtis Terminis con-
trarium conſuluiſſe Dynum, cuius conſilium incipit, Quæſtio talis eſt, &
opinionem Dyni infiniti Dd. ſequuti ſunt, & imprimis Ioan. Andr. An-
ton. de Butr. Cardinalis Florentinus, Imola in c. pen. de empt. & uendit.
& dicit ibi Butr. iſtã eſſe cõmunem ſententiã, & tunc temporis cõmunis
ſententia erat contra Bar. & mouetur Dynus ſatis probabili argumento:
170. † Nam ſi mulier non fuerit certiorata, de Senatuſconſulto Velleiano,
nec minor, de beneficio reſtitutionis in integrum, tales perſonæ non præ-
ſumuntur ſcire, & ſic uidentur ignorare, Sed ille qui ignorat non uidetur
renunciare l. mater C. de inoffi. Teſtamen. Item Iuramentum non exten
ditur ad incogitata l. fina. C. de non numera. pecunia & ibi glo. in l. fina.
ad Municipales, l. finali. Qui ſatiſdare cogantur & hanc ſententiam etiam
Dyni tenuit Bal. legendo & conſulendo, ut in d. §. Iulianus & in conſ. 4.
lib. primo & in conſ. 133. lib. 3. & in conſ. 390. lib. 2. Salyce. in Auten. ſa
cramenta puberum, C. ſi aduerſus ueditionem, & Immola hic, tamen cõ-
munis ſententia reputatur pro opinione Bar. quam ſecuti ſunt Ange. Ro-
man. hic Paul. Caſtren. in d. Auten. ſacramenta puberum. Raph. Cu-
man. Fulg. in l. 2. C. de reſcin. Vendit. Panor. in c. ſi diligenti, col. 6.
de foro competen. & dicit hic Alexan. quod iſta ſententia Bar. ſeruaretur
in practica, & idem dicit Iaſon hic, & omnes nouiſſimi, ut per Crotum,
Zaſium hic, & hodie poſt prædictos neminem habet contradictorem,
ex recentioribus, licet hodie per totam Italiam Notarij ſaltem ad cautelam
in Inſtrumentis tenent opinionem Dyni, cum ſemper in obligationibus
Cautela hodie in uſu recepta. mulierũ dicunt, talis mulier certiorata de Senat. Velleiano obligauit ſe uel
alienauit, & idem de minore. Sed hoc eſt ad maiorem cautelam, prout
etiam ipſemet Bar. fatebatur, tutius eſſe, ut fiat mentio, de certioratione.
Et hanc ſententiam tenuit Panor. in c. ex reſcripto, de iur. iu. ubi uoluit in
terminis glo. noſtræ hic mulierem obligari in contractu fideiuſſionis iura-
mento accedente etiam, quod non fuerit certiorata, de remedio Senatus-
conſulti Velleiani. Et ita Ange. hic, et Alexan. Et idem dixit conſulendo
in conſ. 146. col. prima, lib. 7. ubi dicit Doct. hic communiter tenere, quã
ſententiã dicit eſſe uerã ultra alia per text. in Aut. Sacramenta puberum: ibi
inuiolabiliter præcipimus. Et ibi Bar. Ange. & moder. C. ſi aduer. uendit.
& pro hac ſententia, Bar. Romanus hic adducit textum optimum in c. ex
Reſcripto, de Iureiur. ubi ſummus Pontifex uult mulierem quæ ſimul cum
marito intereſſet fideiubendo, teneri propter uim Iuramenti, & tamen
ibi non dicitur, quod illa fuerit certiorata, de Se. Velleiano, & ita illum tex
tum ibi ponderauit Bal. & iſtum textum nouiter adduxit Romanus, hic
dicens à nemine fuiſſe adductum per quem textum tenet ſententiam Bar.
licet alias legendo & conſulendo contrarium tenuerit, tamen reuocat ſen-
tentiam ſuam per illum textum, ubi eſt caſus ſecundum ipſum. Neq;
obſtat

obſtat, quod dicebat Alexand. hic quod ille textus non obſtabat contra ſententiam Dyni. Nam ibi textus præſupponit mulierem obligatam eſſe propter uim Iuramenti, quia non opponebat exceptionem Senatus conſulti Velleiani, ſed ut dicit Iaſon hic, iſta reſponſio nulla eſt, non aliter declarat, imo dicatis, quod textus ibi expreſſe præſupponit, quod mulier opponebat de remedio Senatuſconſulti Velleiani, ut ibi apparet. Item dicere prout dicebat Alexan. hoc erat diuinare, & ideo non debet procedere, argumento, l. ſi putator, ad l. Aquiliam, & in Auten. de teſtamen. imperfectis, ibi nobis non diuinantibus. Alio tamen modo Iaſon reſpondebat ad illum textum, quod ille textus loquitur in muliere, in cuius perſona, nõ ita de facili præſumitur ignorantia ſicuti in minore per l. Regula, §. primo, de Iuris, & facti ignorantia, & ideo nõ debet ſumi argumentũ de Muliere ad minorem, quod cõfirmatur ſecundũ ipſum. † Nam minor magis priuilegiatus eſt in beneficio reſtitutionis in integrũ, quam mulier in beneficio Senatus conſulti Velleiani, l. fina. in princip. & ibi Salycet. notat illũ textũ, C. ad Velleian. Sed defendendo ſententiam Bar. quæ magis cõmunis eſt hodie, dicas quod Bar. non fundat ſe ſuper ignorantia, imo præſupponit, quod ex eo ipſo, quod quis iurat, uidetur omnia ſcire ex quo Iuramentum, ut infra dicã, inducit certam & deliberatam ſcientiam. Sed Dynus bene fundabat ſe ſuper ignorantia. Alio tamen modo quis poſſet dicere, quod textus in d. c. ex Reſcripto non expreſſe probat, quod mulier non fuerit certificata, & ibi nulla fit mentio, quia de eo principaliter non tractabatur, imo hoc uidetur præſupponere mulierem certioratam eſſe, tamen defendendo, Bar. dicas, quod ſi bene animaduertatur ad illum textum, ibi apparet, mulierem non fuiſſe certioratum de remedio Senatuſcon. Velleiani. Nam ſi fuiſſet certiorata, profecto nullum dubium fuiſſet, quod mulier illo caſu deberet eſſe obligata, & ideo, ut ille caſus dubitabilis ſit, prout lex ſemper intelligi debet, l. Quod Labeo, ad Carbonian. l. 2. ad Municipa. cum uulga. dicendum eſt, ibi non fuiſſe certioratam mulierem, quia non neceſſe fuiſſet, quod interueniſſet Iuramentum, qui tamen textus ibi totum fundamentum facit in Iuramento.

[Margin: 1>1.] [Margin: Bartoli & cõmunis ſententiæ defenſio.]

[S]ecundo pro hac ſententia Bar. facit, † quia Iuramentũ habet uim omni [me]liori modo, d. l. cũ pater, §. filius matrẽ, & ibi Bar. notat illũ tex. de Legat. 2. & ideo ſi mulier, uel minor iurãt nõ cõtrauenire cõtractibus, propter Iuramentũ debẽt eſſe obligati, cũ uideantur uirtute, iuramẽti omni meliori modo uelle obligari et renũciare omnib⁹ remedijs & priuilegijs à l. cõceſſis. 1>2.

Tertio facit, † quia Iuramentũ facit minorẽ maiorẽ, ut notabiliter uoluit glo in l. 2. in glo. magna, C. de Reſcin. Vendit. & glo. in d c. pen. de Empt. & Vendit. Sed maiori nõ datur reſtitutio. Ergo nec minori, iuranti debeat cõpetere remediũ Iuris, & ita in ſimili arguebat Bal. in l. prima in fine. C. de Rebus creditis. Necꝫ obſtat reſpõſio Iaſonis hic, quia friuola eſt dicentis, quod Iuramẽtũ repræſentet minorẽ maiorẽ, in eo quod iurat, ſed ex quo nõ iurat ſuper reſtitutione in integrũ, ideo nõ debet haberi minor pro maiori, dicas qđ imo minor pro maiori haberi debeat, ſi interuenit Iuramẽtũ etiã quo ad reſtitutionẽ in integ. ut patet expreſſe, in d. Autẽ. ſacramẽta puberũ, & ibi Dd. cõmuniter, ut infra dicã. 1>3.

174. Quarto pro hac eadẽ ſentẽtia facit,† quia minor ceſeẽ cogitaſſe in genere
de ſuo remedio cõceſſo à lege, ideo ſufficere debeat iſta cogitatio in genere,
l. qui iure militari, de militari teſtamẽto, et ibi Bar. in l. ſi geſta, C. de trãſac.
Quinto cũ obſeruatio Iuramẽti ſit de Iure naturali, cum in effectu nitatur
æquitate naturali c. primo, diſtinct. prima, ideo nõ pręſumitur quis igno-
rare, l. 2. cum ibi notat. C. de in Ius uocan. & hæc tria argumenta præce-
dentia adducebat hic Romanus.

Sexto pro hac ſentẽtia Bar. eſt tex. ubi uidetur eſſe caſus in d. Auten. Sa-
cramẽta puberũ, ubi Imperator Federicus diſpoſuit cõtra oẽs leges huma-
nas, Iuramẽtũ pręſtitũ à minore imutabiliter obſeruari, quãdo minor iura
uerit, de nõ retractãdis cõtractibus per ipſum geſtis, & ibi Imperator nõ lo
quitur in caſu ſpeciali, ſed per uiã regulæ hoc diſponit, & tamen ibi Impera
tor nullã facit diſtinctionẽ, an minor fuerit certioratus, nec ne, ut tollatur
ſibi remediũ reſtitutionis in integrũ, cũ ergo tex. ibi indiſtinctè loquatur,
175. ideo apparet, † quod ubi interuenit Iuramentũ, remediũ à lege conceſſum
eſt ſublatũ, & ita per illũ textũ uoluerunt Paulus Caſtr. & Raph. Cuman.
in d. Auten. Sacramenta Puberum, & ibi omnes Dd. notant illum textũ
pro opinione Bar. hic. Neqꝫ obſtat, quod dicebat Alex. hic, quod ille tex-
tus loquitur, quando minor erat certioratus. Nam prout dicit Iaſon hic &
benè, iſtud eſt diuinare, imò tu dicas, quòd ex quo indiſtinctè loquitur tex.
non debet recipere reſtrictionẽ. Item ſi uerum eſſet, quod loqueretur, quã-
do fuiſſet certioratus, diſpoſitio illius legis non procederet uirtute Iura-
menti, ſed quia ſeruata eſſet ſolemnitas. Quod tamen expreſſè eſt contra
intentionem Imperatoris, cum totũ fundamentũ ſuum ſit in Iuramento.

Vltra prædicta etiam ego pondero textum in l. fina. C. ad Velleian. ubi
ſpecialiter lex diſponit, quod mulier promittendo dotem remanet obliga-
ta fauore dotis etiam quod non ſit certiorata de Senatuſconſulto, Velleia-
no. Sic ergo ſi ibi mulier, quæ non eſt certiorata de Senatuſconſul. Velleia
no, obligatur ſpecialiter in cauſa dotis. Quanto fortius obligari debeat in
caſu noſtro uirtute Iuramenti, cum tractetur de obſeruatione Iuramenti,
176. & per conſequens de ſalute animæ,† quæ cunctis rebus eſt præferenda l.
ſancimus, C. de ſacroſanc. Eccleſijs.

Octauo moueor per textum, in l. cum mulier eod. tit. ad Velleian. ubi
probatũ, quod ſi mulier iteratis actib⁹ obligauit ſe ex interuallo, ex quo ap-
paret, de magis deliberata uoluntate mulieris propter actum geminatum,
quod tum ceſſet Senatuſconſul. Velleian. cum ceſſet ratio, propter quam
emanauerit Senatuſcon. Velleian. ad ſuccurrendum mulieribus propter
fragilitatem ſexus, prout dicit ibi textus. Nam ſi apparet, de mente eius de
liberata, lex non uult illi impartiri remedium ſuum, ex quo apparet, quod
non fuit decepta. Sic ergo pro opinione Bart. dicendum eſt, quod ex quo
minor, uel mulier iurant de non retractandis contractibus, & per Iuramẽ-
177. tum apparet de eorum mente magis deliberata, † cum Iuramentum ma-
gis deliberatã mentẽ oſtendat, quã ſimplex promiſſio, d. l. cũ pater §. filius
matrẽ. Et ibi Bar. not. illũ tex. ideo dicendũ eſt, quod remediũ reſtitutionis
in integrũ ceſſare debeat uirtute Iuramẽti, ex quo lex certa eſt, quod minor
non fuit deceptus. Nono

Nono etiam facit dictum Archidiaconi in. c.quãuis,de pact.in 6.quod ſequitur Butr. in.c.ſi diligenti,de foro competenti. † Quod ſi quis iuraſuerit in inſtrumento omnia & ſingula contenta eſſe uera.Item iurauerit nõ contrauenire, iſtis concurrentibus præſumitur ſolemnitas extrinſeca, iſta eſt communis limitatio, ut ſupra diximus, licet contrarium tenuimus, ſi ergo clauſulæ generales hoc modo poſitæ præſumunt ſolemnitates extrinſecas.Quanto fortius in caſu noſtro debemus præſumere mulierem certioratam fuiſſe,de.S.C.Velleiano,& minorem de beneficio reſtitutiõis in integrum,cum in ſpecie iurarunt in caſu noſtro,& non generaliter in calce inſtrumenti cum clauſulis generalibus. Decimo et ultimo facit.Nã ex quo in caſu Bar.iurauit minor non contrauenire ratione minoris ætatis,huiuſmodi uerba cũ aliũ ſenſum importare nõ poſſunt, niſi quod iurauerint nõ petere reſtitutionis in integrũ remediũ,quod datur ratione minoris ętatis. Cũ ergo uirtualiter iſta uerba importẽt ſupradicta, ideo dicendũ eſt,quod mulier uel minor ſint certiorati de eorũ remedijs argumẽto.l.2.& ibi. Dd. de libe.& poſth.† & per ea,quæ dixit Bal.in.l.Quãuis.C.de Fideicõ. q̃d quãdo lex uel ſtatutũ non aſſignat rationẽ ſi tamẽ unica ratio aſſignari poteſt,habeaẽ pro expreſſa,ſic ergo in caſu noſtro ,p expreſſis habere debem⁹ iſta uerba ratiõe minoris ętatis,& hoc uide ẽ aliquo modo ſentire Bar.licet nõ expreſſe, dũ dicit,quod ex quo dictũ erat ratiõe minoris ætatis, & ſic ſuper facto,Quo caſu omnia uidentur compræhenſa adducendo textũ in.l. ſi duo.§.idem Iulianus & in.l.duobus.§.ſi quis iurauit,de Iureiu.Quæ iura ſecundum Iaſonem non uidebantur hoc probare, quia non loquebantur in perſona priuilegiata ſicut in caſu noſtro. Item quia loquebantur iſta iura in iuramento litis deciſorio,non autem in iuramento confirmatorio. Sed Bar.illa iura non adducit pro deciſione caſus,ſed magis in argumentũ per rationem illorum Iuriũ & ita tenẽdo hanc ſententiam Bar. quã omnes Dd.noſtri temporis ſequi uidentur, licet cõtrarium dicebant Dd.antiqui, communem ſententiam eſſe contra Bar.Non obſtat fundamentum Dyni,quod minor iurando,ex quo nõ erat certioratus de ſuo priuilegio,et per conſequens uidebatur ignorare,quod iuramentum extendere non poterat uires ſuas,ex quo deficiebat conſenſus. d. l. fina. C. de non nume. pecunia l.fina.qui ſatiſdare cogantur.l.fina.in principio, ad municipales. Nam ut ſupra dictum eſt.ex quo minor dicit non contrauenire ratione minoris ætatis expreſſe apparet propter illa uerba, illum habere notitiam ſui priuilegij à lege conceſſi propter minorem ætatem. † Si ergo habet ſcientiam. Ergo certiorari non debet,per ea quæ tradit Bar.in.l. nomen col. 1.uerſ.Itẽ quæro,C.Quæ res pigno.oblig poſſunt in.l.2.de Edendo in.l denũciaſſe in prin,de Adul.in.l.Qui abſentẽ, de procurato. † tñ ſtylus omniũ Notariorum eſt & ita in praxi ſeruatur ſaltẽ ad tollendas diſputationes prout ſæpiſſime uidi,ut ſemper,quando mulier uel minor iurent non contrauenire, contractibus per eum geſtis, Quod ſemper fiat mentio de certioratione, & ita practicatur,& hoc factũ eſt ad tollendas iſtas difficultates inter Dyn. & Bar.& ipſemet Bar.hic fatetur,quod tutius ſit,quod in inſtrumẽto fiat mentio,qualiter minor fuit certioratus de ſuo priuilegio.

178. 179. 180. 181.

Declaratio Bar. perperam p Dd. intellecti.

Pro abſolutione pręſentis articuli ultra. Dd. hic duo addenda ſunt, primum licet. Dd. diſputent ſuper hoc ar. tamen ſi inſtrumento obligationis eſſent appoſitę clauſulæ generales quæ ſolẽt apponi per Notarios ſuper renunciationibus, uidelicet, renunciauit Iuri actioni doli mali in factum cõditiõi ſine cauſa &c. deinde generaliter dicat, omniq; ſuo iuri generali uel ſpeciali, q́ tunc generalis renunciatio extenditur etiã ad beneficiũ Senatuſcon. Velleiani. ita nota. uoluit Bar. in auth. matri & auiæ. C. quan. mulie. tut. offic. fung. poſſ. col. ult. uerſ. quæro quid ſi non renũciauit, & in ſpecie ita uoluit Alex. in conſ. 146. col. ult. lib. 7. & de iſta clauſula not. dicit Rom. in cõſ. 478. incipi. in eo quod quærit Aret. in conſ. 33. incipi. Conſultatio pręmiſſa Soc. in conſ. 214. incipi. in cauſa. Decy. in conſ. 27. col. 1. in fine lib. 1.

Singulare remediũ ut clauſulæ appoſitæ per Notarios nil operenſ.

Secundum erit propter quod ſingulare remedium ſiue cautela reſultat ut non cenſeatur mulier renunciaſſe Senatuſcõſul. Velleiano, licet expreſſe in inſtrumẽto cautũ ſit quando Notarius interrogatus eſſet in ſpecie quid eſſet Senatuſcon. Vellcianũ. & ipſe ignoraret tunc expreſſe conſtaret illam nõ fuiſſe certioratã, ita ſingulariter uoluit Albe. de Roſa. in. l. fi. ad Velle. ita Alex. uoluit ibi in additiõibus ad Bar. hoc idẽ ſequutus eſt Raph. Fulgo. in d. l. fi. §. fi. & hoc ſingulare dictũ Albe. tenet Deci. in conſ. 205. col. 4. lib. 2. ſequitur etiã huiuſmodi dictũ Albe. Stepha. Bertran. in conſ. 77. in fine lib. 2. ubi multũ extollit iſtud dictũ. Tñ licet omnes adducant. Albe. in præallega. loco in lib. meo hoc non dicit, eundẽ tñ Albe. adducere potes in. l. omnes, per illũ tex. C. de hęre. Cõtrariũ dixit Alex. hic col. 9. & ante ipſum Fulgo, qui eadem ratione mouebatur q́ ex quo erat ius quæſitũ tẽpore contractus ut Notarius non poterat præiudicare ſicuti teſtis, qui in extremis cõſtitus deponat falſum depoſuiſſe in prima depoſitione nã tunc non præiudicat parti neq; iudex qui dicat perperã pronunciaſſe ut not. uoluit Bar. in. l. ſi quis in graui. in prin. ad Sylle. ubi ultra alia adducit tex. ubi caſus uidetur in c. ſicut. de teſti. Alex. in cõſ. 14. ponderatis his, lib. 3. Sed reſpõderi poteſt ius quæſitũ fuiſſe parti ſub quadã præſumptione iuris ut Notari⁹ intelligeret quid per ipſum ſcriptũ fuiſſet à Notario, cũ Notarius præſumaẽ ſcire leges glo. & Dd. in. l. generali. C. de tab. lib. 10. à qua pſumptiõe receditꝰ ſi cõtrariũ apparet, ꝓpter eius reſponſionẽ et imperitiã, arg. l. ſi qui adulterij C. de adulte. &. c. 2. de purgat. uulga. & ita reſpondebat Deci. in. l. 1. in lectura ſenenſi col. 6. ſi cer. pet. quæ reſponſio mihi magis ſatiſfacit, quam eius diſtinctio qui Albe. & Alex. ſimul reconciliare conabatur, ut dictũ Albe. procederet ſi in continenti tẽpore contractus interrogatus fuiſſet Notarius, ſecus uero ſi ex interuallo. cuius diſtinctio lege nõ corroboratur neq; ratiõe, cũ eadem ratio ſit ſiue in continenti ſiue ex interuallo in iſto caſu Notarij detegatur imperitia ut clauſulę appoſitę nihil operentur, cũ omnia fundamentũ à præſumptione iuris ut ſit peritus recipiãt, quo caſu peritis in arte credẽdũ eſt. l. 1. §. fi. & ibi. Dd. de uent. inſpiciẽ. l. ſemel. C. de re milit. lib. 12. & l. ſeptimo mẽſe, de ſtat. ho. in. c. ſignificauit, 3. de homic. cũ ſimi. ideo ſi de cõtrario appareat tollatur pſumptio, prout natura eſt pſumptiõis per not. in. l. ſiue poſſidetis, cũ ſimi. C. uti poſſi. & ipſe Deci. meli⁹ ſenſit in pallega. cõſ. 205. ubi indiſtincte ſecut⁹ eſt Albe. nulla facta diſtinctiõe & tenẽdo

hanc

hanc ſententiam non ob. dictum Bar. per illum tex. in. d. §. ſi quis moriēs. quia diuerſa eſt ratio in uno caſu quam in altero. Et reſponderi poteſt primo prout reſpondit Hipo. de Marſi. qui ſequitur ſententiam Albe. in Rubrica de fideiuſſ. col. 7. quod diuerſa ratio eſt in notario quam in teſte uel iudice. Nam plura concurrunt in Notario, quia præſumere illud eſt factum extrinſecum, & facta extrinſeca non præſumūtur. l. quæcunq; §. fina. de publi. & præſertim in caſu iſto in quo magis præſumenda eſt ignorantia in Notario, cum à communiter contingentibus Notarij hodie plerumq; imperiti reperiuntur. & facit dictū Bar. in. l. 1. q. 6. de Iu. codi. & ſequitur Alex. in. conſ. 52. incipi. circa præſentem col. 6. lib. 4. quod clauſulæ per Notarios hodie plerumq; apponuntur ex quadam inueterata notariorum conſuetudine & ex ſtilo potius, quam ex teſtatoris et contrahentium uoluntate. Neq; etiam ſecundum ipſum ueriſimile eſt quod Notarius uoluerit detegere eius imperitiam, ut alteri noceret, cū prima caritas incipiat à ſe ipſo. l. præſes. C. de ſeruit. & aqu. Accedit etiam cū unuſquiſq; honorem ſuum ſeruare uelit. cum honor & uita ęquiparentur. l. iuſta, cum glo. de manu. uind. Iaſ. in. l. ut uim col. pe. de iuſt. & iu. & fertur crudelē eſſe eum qui honorem ſuum contemnit. & honor omni commodo pecuniario præferri debet. l. Iulianus, ſi quis omiſſ. cau. teſta. & teſtis neq; iudex poſſunt alteri præiudicium inferre, cum dicta teſtium & iudicis poſſint aliunde uel per alios uel per acta probari, quod ſecus eſt in Notario cū omnia firma ſint in dicto unius, & quando ſumus in hijs quę dependēt ex animo alicuius, adhærendum eſt eius dicto accedente Iuramento. glo. in. §. aliæ. inſtitut. de actio. quam glo. ſequitur Ancha. in conſ. 158. in fine. incipi. rationes cum alijs ut late per Hipolit. de Marſy. in præallegato loco qui plures reſponſiones aſſignat ad dictum Bar. in. d. §. ſi quis moriens. uel 2. reſponderi poteſt quod dictum Bar. procedit quia ibi tractatur non ſolū de præiudicio partis, cui erat ius quæſitum uerū etiam de præiudicio & in famia illius teſtis uel iudicis, qui ita depoſuerint falſum aſſeruiſſe, & perperā pronunciaſſe, & ideo non mirum eſt ſi ſecunda aſſertio prioribus non pręiudicat, ſecus uero in caſu Notarij cum non tractetur de aliqua infamia & pęna aliqua & aliquo crimine, ſed ſolū de commodo pecuniario, & ſic in ciuilibus, ideo Notarij reſponſum debeat pręiudicare, cum nō tangat perſonam propriā, neq; propter eius reſponſum aliqua pæna plectēdus ſit, ſecus in dicto teſtis uel iudicis, & ita intelligi debeat dictū Bar. in. d. §. ſi quis moriens, cum tex. ille loquatur in cauſa criminali ut non credatur domino aſſerenti ſe uulneratum eſſe à ſeruo, & in criminalibus probationes luce meridiana clariores requirantur, & ita ex prædictis apparet dictum Albe. uerum eſſe quicquid dixerit Alex. hic, qui fuit ſibi contrarius in. d. l. generali. C. de tabula. lib. 10. & in. d. l. fina. §. fina. in additio. & Albe. ſententiam tenuit Rocchius Curtius in. c. fina. 107. col. de conſuetu. & ratio eſt quia ſi dicit ſe neſcire ergo non potuit ſcribere mulierem certioratam fuiſſe per ipſum de Senatuſconſulto Velleiano, & ſic illi renunciaſſe, quia iuri quod quis ignorat renunciare non uidetur. l. mater. C. de inoffi. teſtam. & facit lex. 3. in. §. Neratius, de acqui. poſſeſſ. cum ſimi.

In ſecunda quæſtione Bar. colligitur, quod. l. noſtra procedat per præſumptionem Iuris & non per fictionem, ideo admittatur probatio in contrarium, uerum quia ſupra dictum eſt, ideo non repeto hic. Nam diximus l. noſtram non per fictionem, nec per præſumptionem Iuris tantum ſecundum communem ſententiam, ſed per præſumptionem Iuris & de Iure, & ideo non admittatur probatio in contrarium per textum in. §. fina. in inſtitutio. de fideiuſſo. inducendo illum, ut ſupra induximus.

Extra glo. Bar. hic nonnullas quæſtiones ponit ſuper ſolemnitatibus præſumendis reſpicientibus Notarij & teſtium rogitum. Vltima uero quæſtio reſpicit relationem nuncij.

182. In prima quæſtione Bar. notatur, † Quod ſi ſumus in Inſtrumento, & Notarius dicat præſentibus teſtibus, quod non præſumitur, quod illi fuerint rogati, quia teſtes debent eſſe præſentes in actu rogati, & conuocati, & non fortuito caſu. ut in Auten. Rogati. C. de teſtibus, & in. l. hæredes palam. §. in teſtamentis, de teſtamentis, & ratio eſt, quia iſta ſolemnitas eſt extrinſeca, & ideo non præſumitur. d. l. Quæcumq;. §. fina. & alijs ſupra deductis.

Iſta concluſio Bar. communiter ab omnibus approbata quatuor mo-
183. dis limitatur hic per Dd. duobus modis per eundem Bar. hic. Primo † niſi in inſtrumento facta eſſet mentio, Quod eſſent rogati. Nam tunc iſto caſu, ex quo iſta ſolemnitas licet extrinſeca, quæ tamen potuit interuenire tempore confecti inſtrumenti, præſumitur per ſupradictam. l. primam. C. de fide inſtr. & iure haſtæ fiſcalis, lib. 10. & quod ibi notatur, & hæc limitatio non habet difficultatem, & communiter recipitur.

184. Secundo † niſi teſtes ſe ſubſcriberent, prout Bar. hic dicit, & iſta etiam limitatio communiter approbatur hic per. Dd. ut patet per Alexan. & Iaſon. hic, licet quidam contrarium tentare uoluerint, & ratio manifeſta eſt, quia ex quo teſtes ſe ſubſcripſerunt apparet, quod non fortuito caſu interuenerunt, imò quod fuerint conuocati & rogati, & non procedit auth. niſi rogati. C. de teſti.

185. Tertio † niſi tabellio ſciente & patiente parte ſubſcriberet, quia tunc præſumeretur rogatus teſtis argumento. d. l. cum oſtendimus. §. fina. de fideiuſſ. & l. optimam. C. de contrahen. & committen. ſtipula. & hoc idem ſequitur Alexan. hic & in conſ. 33. uol. 3. ſequitur Aretin. in. l. hac conſultiſſima, in princip. C. de teſtamen. licet Aretin. dubitet in. d. l. hæredes palam. §. in teſtamentis, hoc idem ſequitur Iaſon hic.

186. Quarto limitatur, & iſta eſt notabilis limitatio † ſi Notarius & teſtator eſſent periti Iuris, & reperirentur inſtituti uenientes ab inteſtato, tunc teſtes præſumerentur rogati, ita uoluit Odofred. in. l. prima, quē ſequitur ibi Bal. circa finem principij. de hæred. inſtituen. Et hos refert & ſequitur Aretin. hic reputans iſtum caſum nouum & ſingularem. Iſtam limitationem inprimis reprobat Immola in. d. l. prima de hæred. inſt. & Alexan. hic, & ſequitur etiam Iaſon hic, & ſolum mouentur hac ratione, quia in Iure hoc non reperitur expreſſum, & hoc idem uidetur uoluiſſe Aretin. in. d. l. hæredes palam. §. in teſtamentis. Iſta limitatio Odo-

fredi

fredi & Baldi in d.l.prima,de hęred.inſti.licet cõmuniter reprobetur,uide- Odofredi
tur eſſe uera,quia eſt rationabilis & æqua & Iuri conſona. prout etiam Ia- ſententiæ
ſon fatetur,licet contrarium dicat.Et pro hac limitatione facit, † quia uali- defenſio. 187.
dum eſt argumentum à ratione ceſſanti l. adigere §. quamuis de Iure pa-
trona,c.cum ceſſante,de Appella.cũ ſimilibus. † Sed ideo lex introduxit, 188.
quod teſtes deberent eſſe rogati d.Auten.Rogati & d.l. hæredes palam
§. in teſtamentis,quia de facili poſſet committi falſitas, prout expreſſè di-
cit textus in l.Diuus,in uerſ.cæterum,ibi alioquin,de milita.teſta.& eſt tex
tus in §.planè in Inſt. eod. tit. de milita.teſta.facit optimè textus in l. fin.
C. defideicommiſ. ibi,lex etenim nequid falſitatis incurrat.Quæ ratio ui-
detur ceſſare,ſi hæredes inſtituti ſunt,qui ueniant ab inteſtato. Nam tunc
omnis ſiniſtra falſitatis ſuſpicio ceſſare uidetur,cum illi omnino eſſent ſuc-
ceſſuri,et hoc probatur in ſimili,per ea quę Dd.cõmuniter tradunt in l.hac
conſultiſſ.§.ex imperfecto,C.de Teſtamẽtis. † Quod ſi pater faciat teſta- 189.
mẽtũ inter liberos, quod ualidũ eſt teſtamentũ duobus teſtibus d.l.hac cõ
ſultiſſima §.ex imperfecto,& in Auten.hoc inter liberos,& etiam,quod illi
duo teſtes nõ ſint rogati per glo.notabilẽ in l.fi.ad finẽ in uerbo teſtamen-
tũ in prima ſolutione, de Codicillis quæ glo.optime facit in propoſito no-
ſtro,cũ glo.ibi loquatur de legitimis hæredibns,Hoc idem Bal.& Saly. &
Fulg.dicũt in Aut.Quod ſine C.de teſtamẽtis,& ratio eſt in illo caſu,ut ſu
pra dictum eſt,quia ceſſat ſuſpicio falſitatis,à fortiori ergo, hoc dicẽdũ eſt,
ut pręſumãtur teſtes rogati,quãdo ſunt ſcripti uenicẽtes ab inteſtato, ut te- 180.
ſtamentũ cõſeruetur,Quod in dubijs ſemper faciendũ eſt,† cũ Reipub,in-
tereſt,ut teſtamẽta cõſeruentur, l.uel necare. Quemad.teſta.aperiãtur,facit
l.in teſtamẽtis,de reg.Iu. Itẽ quia nemini fit pręiudiciũ,cũ illi inſtituti,ſi nõ
ex Teſtamẽto ſuccedẽt,poterũt ab inteſtato ſuccedere.Sed hoc modo uolũ
tas teſtatoris magis cõſeruabitur in damnũ potius uenientib' ab inteſtato,
quia poſſet eſſe, quod in teſtamẽto eſſent relicta Fideicommiſſa & Legata
quæ nõ cõſeruarentur,ſi teſtamentũ eſſet nullũ.Et pro hac limitatione opti
mè in ſimili uidetur eſſe tex.in l.Poſthumus,in fine principij,de iniuſto &
rupto teſtamento, ubi ſi filius pręteritus uiuo teſtatore deceſſerit & in te-
ſtamento ſint uocati uenientes ab in teſtato quod tũc Teſtamẽtũ, quod à
principio nullũ fuit,ex poſt facto recõualeſcit fauore uenientiũ ab inteſta-
to,quod multũ eſt cõtra regulas Iuris,cũ illud,quod ab initio uicioſum eſt
tractu temporis nõ reconualeſcit.l.Quod ab initio,cũ ſimilibus,de reg.Iu.
Ad idẽ eſt optimus tex.in d.Auten.hoc inter liberos §. ſi quis aũt, ubi ſin
gulariter dicitur,quod teſtamentũ primũ perfectũ tollitur per ſecundum
imperfectũ, ſi in eo uocati ſunt uenientes ab inteſtato, & ſufficiũt illo caſu
quinq; teſtes,qđ eſt ſingulare.Ad idẽ eſt tex.in l. 2. in uerbo,uel in eo ſcri
ptus eſt, de Iniuſto & rupto teſtamento, & eſt etiã ſimilis tex. in l. ſi duabus

Vltimo pro hac ſententia optime facit, quod uoluit glo. cõmuniter à doſcto. recepta in l. cohęredi. §. cũ filię, & ibi Doct. quod in teſtamento inter liberos ſemper clauſula codicillaris pręſumitur ineſſe licet in ueritate inſerta non ſit, & ita Doct. communiter dicunt in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto. C. de teſtamen. Et hoc idẽ uoluit glo. in l. filij. C. fami. hercif. ut ſupra dictũ eſt. Neq; obſtat ratio Dd. quę friuola eſt, quod ex quo de hac limitatione in Iure cautum non eſt, ideo non ſit admittenda. Nam ſatis eſt, quod reperiatur ratio naturalis, & æquitas, quę uim legis habet, cũ ratio legis ſit anima legis, ut notũ eſt, Itẽ probatur in illis Iuribus per nos deductis in quib⁹ probatur manifeſte fauor uenientiũ ab inteſtato in teſtamẽtis, quãtũ ad ſolẽnitates Iuris, & iſta limitatio ſimpliciter procedat, nõ aũt quod ne-

192. ceſſe ſit, quod teſtator & Notarius ſint Iurisperiti, quia † Notarius ſemper pręſumitur peritus, ut colligitur in l. 1. & ibi per glo. C. de Vſur. & ſupra diximus, et hoc modo etiã Bal. redarguebat Odofredum in d. l. 1. de hę. Inſti.

193. Quinto ultra Dd. hic limitari poteſt ex tacita tamẽ mẽte Dd. † quod ſi inſtrumentũ eſſet antiquũ, in quo dictũ eſſet præſentibus teſtibus, & non diceret rogatis, qđ tũc iſto caſu teſtes pręſumãtur rogati propter antiquitatẽ tẽporis, prout uolebat Ange. ſupra, qui dicebat ſolẽnitatẽ extrinſecam pręſumi ex diuturnitate tẽporis per d. l. ſi filius, C. de petit. hære. & in l. qui in aliena. in princip. uerſ. ſed quid ſi adierit, de Acqui. hę. & ibi Alex. & Dd. & Bar. ipſemet hic dicit, quod ideo teſtes nõ præſumuntur rogati, quia eſt ſolemnitas extrinſeca, iſta ratio ceſſat propter antiquitatẽ temporis.

Secũdo quęrit Bar. an Notarius, qui cõfecit Inſtrumentũ præſumatur

194. fuiſſe rogatus, glo. indiſtinctè tenuit, † quod ſic, in Auten de Tabell. in §. nos aũt, in uerbo iniũgatur, in fine, colla. 4. Bar. prędictã glo. uidetur tenere trib⁹ modis. Primo quãdo Notarius dicat publicaui. Secũdo quãdo dicit.

195. Ego Notarius rogatus ſcripſi. † Tertio quando Notarius ſimpliciter, dicit Ego Notarius ſcripſi, ſi tale Inſtrumentũ reperitur in libris Tabellionum, quos uulgus protocolla appellat cũ ſignis ſolitis apponi per Notarium, & tũc præſumitur pro Notario in Auten. ad hęc C. de fide Inſtru. cũ ibi nota. per glo. Et hanc doctrinã Bar. omnes Dd. indifferenter ſequuntur, ut hic

196. per Alex. & Iaſ. † Vnum tamen dicit Iaſ. quod Bal. in l. prima col. 8. C. de fide Inſtru. & Iure haſtæ fiſcalis. lib. 10. quod primam partem Bar. ſequitur, quando dixerit, publicaui, quod tunc præſumatur rogatus, cum nõ poſſit fieri publicatio niſi eſſet rogatus, quia partes non conſentirent. d. §. nos aũt, & dicit, quod hoc approbatur per conſuetudinem, & benè dicit.

197. † Nam poſtquã Inſtrumentum eſt ſcriptum per Notariũ, legitur & publicatur partibus, an ea quæ ſcripta ſunt per eum, à partibus approbentur, & iterum recipit conſenſum poſtquam legerit, ſi contenti ſunt de his, quæ ſcripta ſunt, & ante iſtum ultimum conſenſum partes poſſunt addere, minuere ad eorũ beneplacitũ. Si ergo Notarius non dicit, publicaui, ſequitur quod Inſtrumentũ non fuerit perfectum & approbatum à partibus, & ad-

198. ducit. Bal. glo. nota. in l. fideicõmiſſa §. primo. de Lega. 3 dicit tamẽ Bal. † Quod ſi eſt ſignum Tabellionis, tũc appareret, quod eſſet lectũ et partibus publicatum, quia ſignũ ſolitũ eſt apponi, poſtea q; fuerit abſolutũ, uel data copia partibus.

† Nam

† Nam terminus ſigni eſt quodãmodo terminus diſpoſitiõis redactæ in 199.
ſcripturã, ſicuti lapides ſunt limites agrorũ, & diſtinguũt agros, l. in Agris, de Acqui.rer.dom. quod Iaſon cõfirmat, quia † Inſtrumentũ dicitur eſſe 200.
perfectũ & abſolutũ, quando eſt ſcriptũ à Tabellione, ſed ſi nõ fuit lectum, uel publicatum nõ præſumitur, niſi atteſtetur, d. glo. in d. l. fideicõmiſſa §. primo per quã idem Bal. dicit in l. ſtatutis C. de ſenten. ex periculo recitan. & ideo inferri poteſt per ſupra dicta, † quod ſcripturæ defunctorũ Nota- 201.
riorũ filo ſuſpenſæ, ſi non ſunt ſubſcriptæ & ſignatæ, nõ probarẽt, nec poſſet quis extrahere Inſtrumentũ ex illis ſcripturis Notarij defuncti, nec per eũ, cui commiſſæ ſunt rogationes Notarij mortui per tex. notab. in d. l. fideicõmiſſa §. primo ubi Bar. quia rogitus non præſumitur, & poteſt contingere, quod Inſtrumentũ fuiſſet ſcriptum, nõ tamen publicatũ ita in iſtis terminis uoluit Alex. in conſ. 154. incip. uidetur, uol. 2. Paulus de Caſtr. in conſ. 230. incip. dubitatur primo, in 9. dubio in antiquis & in cõſ. 197. incip. Viſis his primo dubio, prima parte in nouis, idem dicit Butr. in cõſ. 11. incip. animaduertendum. Ancho. in conſ. 432. incip. præmiſſa & Ioan. de Anno. in conſ. 33. cum additione Bologini in conſ 31. Ange. in cõſ. 273. incip. præmiſſa. Corn. in conſ. 118. incip placet, poſt mediũ. uol. 4. & in cõſ. 226. incip. licet, uol. 3. Alex. & Iaſon late in l. cũ antiquitas, C. de Teſtamẽtis, dicebat tamen ſingulariter Cardinalis Florentinus in cõſ. 133. incip. ad ſingula. col. 2. † Quod ſi in Inſtrumẽto eſſent addita illa uerba, actũ in tali 202.
loco, quod per talia uerba intelligeretur facta publicatio, licet Alex. contrariũ dicebat, in d. conſ. 154. & hoc facit, quia in omnib9 Inſtrumẽtis dicitur actũ, & hæc prædicta procedũt in charta ſeparata, ſecus uerò ſi in protocollis & notulis & matricib9 per modũ libri cõfectis, † tunc quia rogatio fa- 203.
cta in uno Inſtrumẽto, intelligitur repetita in alio, ut latè traditur per Bar. & alios in l. ſi quis ex Argentarijs, §. ſi initium, de edendo.

Tertio capite Bar. hic dicit, † quod ſi notarius dixerit in inſtrumẽto. Ego 204.
Notarius ſcripſi. Quod ſi nõ reperiatur Inſtrumentũ in libris Inſtrumenta

mitur bonus l. merito, cum ſimilibus, pro ſocio. Facit etiam quia quod Notarius ſcribendo præſumatur rogatus, non ſolum eſt de neceſſitate, ut diximus ad tollendam ſuſpicionem, imò etiam de conſuetudine & à communiter contingentibus. Si ergo de conſuetudine. Ergo debet præſumi roga-
208. tus ratione officij ratione tollendæ falſitatis, nec nõ conſuetudinis, † cum ſolemnitas extrinſeca à communiter accidentibus præſumatur, d. l. fina. in fine & ibi Bal. notat. illũ textum C. de Fideiuſſ. & Aretin. ſuperius hanc limitationem ponebat, quam ſingulariter Zaſius hic commendabat, & eſt textus in l. Quod ſi nolit §. qui aſſidue. de Edilit. edicto. & iſta limitatio communiter approbatur, ut ſupra diximus, quicquid in contrarium ſenſerit Felyn. in d. c. ſicut, de re iudica. Ad idem facit pro hac ſententia à fortiori prout infra ipſemet Bar. dicit. Nam ſi teſtis ſubſcribendo ſe uidetur rogatus, l. Domitius, de Teſtamentis, qui eſt perſona priuata, quanto fortius præſumendum eſt in Notario, qui eſt perſona publica, & ſuum officium expoſtulat, ut ſit rogatus, & propterea non mirũ eſt, ſi Accurſius noſter indiſtinctè uoluit in ., nos autem in uerbo iniungatur, in fine. † No-
209 tarium ſemper præſumi rogatum nulla habita ratione, quomodo Notarius ſcripſit per d. §. ſi ſcriptum, Inſti. de inuti. ſtip. & ille textus in fortiori facit. Nam ſi u gore inſtrumenti publici uerbum promitto præſumiť ſtipulationem. Quanto fortius præſumi debet ſolemnitas in Inſtrumento, quæ reſpicit perſonam Notarij attento eius officio & conſuetudine,
210 † quia rogitus in perſona Notarij, non eſt ſolemnitas extrinſeca imò intrinſeca, quia ad hoc ita tenetur Notarius, alias incidit in pœnam falſi, & hanc eandem ſententiam ſequitur Brunus in tractatu de forma & ſolemnitate in articulo, de probatione & præſumptione ſolemnitatis col. 18. in fine.

In tertia quæſtione Bar. iterum quærit circa dicta teſtium & inordinate locutus eſt, cum iſta quæſtio reſpiciat primam, & debebat cõtinuare, quia quinq; quæſtiones dependebant à prima. Quęrit ergo. Quid ſi Notarius dicit præſentibus teſtibus adhibitis, non autem dicit, ad quem finem eſ-
211. ſent adhibiti, an ualeat talis depoſitio, † & determinat ualere etiam quod non fuerit expreſſum præſentibus teſtibus ad hoc adhibitis, & adducit textum in l. 2. §. homines. Vi bonorum raptorum, textus in d. §. homines hoc modo induci debet. In Edicto prætor dicebat, quod ille qui coactis ſeu coadunatis hominibus rapuerit, teneatur pœna, de qua ibi in d. l. 2 in princi. l. C. in d. §. homines interpretatur edictum illud, qui taliter rapuerit hominibus coadunatis, nunquid commiſſum eſſet delictum, quia poterat eſſe, quod non eſſent homines tales coadunati ad illum finem l. C. determinat, quòd imò, quando hominibus coadunatis tale delictum fuerit commiſſum, præſumitur hominibus coadunatis perpetratum fuiſſe ad illam cauſam, & hoc l. C. præſumit ex poſt facto, quando delictum fuerit perpetratum, ſic in propoſito, poſteaquam teſtamentum ſecutum eſt, & apponitur adhibitis teſtibus, ex præſumptione cenſetur tales teſtes ad hoc adhibitos fuiſſe ex actu ſequenti, & ita facit etiam textus in l. ſed Iulianus §. perinde, ad Maced. do. &

do. & Bar, dicebat de hoc eſſe tex. in. d. l. hæredes palam. §. in teſtamen- tis, optimus eſt etiam tex. ultra Bar. in. d. l. diuus, de milit. teſta. ibi con uocatis teſtibus, & non dicit. I. C. ad quem finem non ob aliam rationem quia ſubintelligitur † licet communis ſtilus Notariorum ſit, ut dicatur 212. præſentibus talibus teſtibus adhoc adhibitis & rogatis. Et hoc ſecurius Communis erit, cui ſtandum eſſe arbitror, cum uſus omni regulæ omnicꝫ conſtitutio- Notariorū ni deroget. l. librorum. §. quod tamen Caſſius, de lega. 3. &. l. labeo de ſtilus. ſuppe. leg. l. cum de lanionis. §. aſinam, de fund. inſtru. Oldra. in conſ. 118. incipi. exordiente. Dd. late & præſertim Iaſ. in Rubrica de ope. no. nunc.

Item Not. ex dictis Bar. † teſtes ſatis eſſe fuiſſe rogatos uel à parte uel 213. à Notario, & in dubio præſumitur à parte, ad cuius petitionem & inſtan- tiam interuenit contractus arg. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita, tit. noſtro, & quod ſufficiat teſtes interrogatos fuiſſe à quocumcꝫ, idem dixit Ioh. Fab. in. §. fina. in inſtitut. de teſta. ſecutus Dynum in. d. l. hæredes palam. §. in teſtamentis & Iaſ. hic confirmat optimo ſimili per id quod uoluit Ange. in conſ. 274 incipi. Thema ſuper quo, col. 5. ubi ſingulariter dicit, † 214. quod ſi aliqui teſtes dicant ſe fuiſſe à teſtatore rogatos, aliqui à Notario, non per hoc ſunt contrarij, cum poſſibile ſit fuiſſe rogatos ab utrocꝫ, facit quod dicitur ut ad hoc teſtium concordia inducatur interpretari debe- mus. c. cum tu, de Teſti. & ibi late Cano. Bal. in. l. item uidēdum per illum tex. de petit. hære. & idem Bal. in prima conſtitut. C. §. quibus, col. 1. Bar. &. Dd. late in. l. 2. §. creditum, ſi cer. pet. & idem dicendum eſſet ſi fuiſſent rogati à Notario, prout pluries uidi, & ita communiter obſeruatur, quia tunc non dicerentur rogati à Notario ſimpliciter, ſed à partibus, cum No- tarius rogando teſtes uideatur hoc facere nomine partium, & ſic partes ui- dentur rogare nuda uoce Notarij, ex quo ſunt præſentes paritercꝫ patien- tes uidentur hoc facere. arg. l. qui patitur, mand. l. 1. §. magiſtrum el. 2. de exercito. l. prima quod cum eo, faciunt not. per Bar. & Dd. in. l. quæ do- tis ſol. mat. & refert Iaſ. hic Mantuæ conſuluiſſe. † quod ſi aliqui teſtes 215.

Google

mò intrinſeca, cum neceſſarium ſit quod in litis conteſtatione interueniat negatio uel affirmatio. d. l. unica. C. de lit. con. & ideo cum ſit ſolemnitas intrinſeca debeat præſumi. l. noſtra &. d. §. ſi ſcriptum &. d. §. fin. inſtit. de fideiuſſ. cum alijs ſupra adductis, licet Bar. ſententia neminem habeat contradictorem & ab omnibus ſit recepta. Tamen dubia uidetur, Nam cum omnia iudicij acta debeant in ſcriptis redigi. c. quoniam contra, de probat. & ibi ratio apponitur &. Dd. late. Ideo recurredum eſt ad acta, & ſi non reperiatur litis conteſtatio legitimè facta, prout de ſubſtantia eſt iux. d. l. unicam. C. de lit. conteſt. quod expreſſe apparet per demonſtrationem ad oculum illam non eſſe legitimam, quia ſi facta fuiſſet reperiretur in actis, ideo per relationem certa eſſe dicitur. l. certum, ſi cer. pet. non tenere ſententiam. & pro hac ſententia adduco optime dictum Ange. in. l. cum hi. §. ſi cum lis, per illum tex. de probat. ubi dicit quod cum tranſactio procedere non ualeat niſi lite ſubſiſtente. l. prima, de tranſact. quod uerbis Notarij non creditur aſſerentis litem eſſe, quia lex reſiſtit ut nullo modo ualeat tranſactio niſi lis in ueritate aſſiſtat. & ibidem ſequitur Caſtreñ. & per ſupra dicta idem Ange. conſuluit in conſ. 66. incipi. Viſis dictis compromiſſi, col. 2. in uerſ. & licet in compromiſſo ubi expreſſe dixit litem neceſſariam eſſe ad hoc ut teneat tranſactio & in pluribus locis hoc idem dixit in conſ. 215. incipi. Thema tale propoſitum, col. 2. in uerſ. 4. & hoc idem latè confirmat Deci. in conſ. 587. col 2. &. 3. lib. 4. adduco eundem Decium in conſ. 302. col. 2. lib. 2. ibi litem autē nō fuiſſe conteſtatam, ubi expreſſe uult neceſſe eſſe exprimere litem conteſtatam, & ex proceſſu hoc debeat apparere. per. d. c. quoniam contra, alias ſit nullus proceſſus, & ſic in ſpecie hoc uidetur aſſerere, faciunt etiam quod ſententia præſumitur lata ex cauſa quæ uere apparet in actis, ut not. in. l. ſi quis ad exhibendum. de except. rei iudic. & in. l. hæc enim in prin. de ſuſpect. tuto. not. in. c. ſi ad confirmatiōem, de elect. in ſexto. Alexan. in conſ. 66. col. prima lib. 5. Et ita tenendo, non obſtat tex. in. d. c. cum cauſam, quia ille tex. potius dicit contrarium, & præſertim glo. ibi, ubi uult quod in litis conteſtatione interrogationes & reſponſiones debeant redigi in ſcriptis, per tex. in. d. c. quoniam contra. Cogita ſuper his, & ſupra dixi in limitationibus an ſolemnitas omiſſa uiciaret in iudicijs.

Defenſio Specu. contra omnes.

Vltimo loco Bar. Quærit quid ſi in ſententia dicatur, ſententialiter promulgata, nec fiat mentio ibi quod fuiſſet lecta nec iudice ſedente pro tribunali, remitto me ad eum, & per. Dd. hic. De pluribus alijs quæſtionibus quis diſſerere poſſet, uerum quia ſatis ſupra diximus, & præſertim ſuper ſolemnitatibus præſumendis, Ideo remitto me ad ea quæ. Dd. tradunt in d. c. quoniam contra. Satis hanc ſubtilem & quotidianam materiam in præſumendis ſolemnitatibus explicauimus.

Et ad Laudem Dei optimi maximi, & uirginis eius matris abſoluta ſit hæc ſubtilis & quotidiana lex, quæ plurimum in praxi uerſatur. Die iij. Menſe Iulio. M. D. L.